Printed in German

[illegible]

[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO JACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. XX.

CONTINENS

DELECTUM EPIGRAMMATUM GRAECORUM

ED.

FRID. JACOBS.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXVI.

DELECTUS
EPIGRAMMATUM
GRAECORUM

QUEM

NOVO ORDINE CONCINNAVIT ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUXIT

Friedrich
(FRIDERICUS) JACOBS.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXVI.

[illegible]

MUT[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Veteres Graeci, religiosissimi mortalium, quum omnia tam secunda quam adversa ad Deos referrent, bellis feliciter gestis, hostibusque devictis, non solum partem praedae atque manubias Diis, quorum se praesidio victoriam reportasse existimabant, seponere, verum etiam arma hostibus detracta in templis atque delubris eorum dedicare solebant*). Ad hoc antiquissimum, ut videtur, donariorum genus proxime accedebat aliud, huic cognatum, quum victores praemia in publicis certaminibus, quae et ipsa sub Deorum tutela erant, proposita, tripodas, lebetas et id genus alia, Diis consecrarent, simul ut grati animi significationem darent, simul ut memoriam victoriae apud homines conservarent. Cum quibus duobus generibus conjungendum est tertium, instrumentorum consecratio, quibus quis in arte aut opificio usus fuerat, armorum imprimis,

*) Aeschyl. Agam. 560 ss. VII. c. Theb. 260 ss.

quibus saepe salutem suam debuerat, aliorumque, quae, quum aut annis et aetate confectus ab opere faciendo cessaret, aut ad aliud vitae genus transiret, laudabili pietate in templorum vestibulis consenescere quam fortunae casibus objici malebat. His donariis, postquam litterae in usu esse coeperunt, inscriptiones sunt additae, brevissimae illae primum et in nominibus se continentes, interdum etiam, si res ita ferret, rhythmice incedentes, heroico potissimum numero, ad quem postea pentameter accessit, primum apud Iones, tum etiam apud alios. Ad priscae illius consuetudinis simplicitatem compositum epigramma, quod, ab impostoribus procul dubio Amphitryonis, quem vocabant, tripodi Cadmeis litteris insculptum, Thebis in templo Apollinis Ismenii Herodotus viderat*); et illud, quod Virgilius ad eandem rationem finxit ab Aenea in Leucate clipeo Abantis inscriptum**): Aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis, Postibus adversis figo, et rem carmine signo: AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA. quod epigramma vel propterea est memorabile, quod in priscae simplicitatis imitatione insigne tamen acumen habet. Postquam enim in his inscriptionibus verba metri legibus coepta sunt adstringi, fieri non potuit, quin etiam orationis quidam ornatus accederet, cujus natura et ratio ita ferebat, ut nudae rei expositioni vividior sententiae vis accederet. Quod magis etiam

*) V. 59. *Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.*

**) Aen. III. 286.

tum fieri debuit, quum elegiaca disticha huic rei essent adhibita. Quum enim hoc versuum genus strophen quodammodo efficiat, sponte exspectatur, ut docta quadam sententiae conformatione totum illud, quod aures in heroici versus cum pentametro copulatione cum voluptate sentiunt, etiam animo et mente percipiatur. Quare mature factum est, ut elegiaci poetae et singula disticha et periodos ex distichis compositas saepenumero luculenta quadam sententia, aut verbo concluderent, quod legentis animum pungeret et teneret. Quo brevius autem est carmen, eo magis requiritur ingeniosa sententiae conversio, aut praeceptum ad vitam utile, aut gravis quaedam et fecunda γνώμη, aut omnino aliquid, quod quasi aculeum in animo relinquat. Sic itaque epigrammata, primum donariis, tum monimentis sepulcralibus, tabulis votivis, statuis, signis aliisque rebus adhibita, cum externa carminis forma naturam quoque carminis induebant. Neque tamen hoc ita velim accipi, quasi id, quod in hoc genere poeticum est, totum ab externa ejus forma derivandum existimem. Nam in rebus quoque illis, quae epigrammatis concinnandis opportunitatem dabant, quantum inerat ad pietatis, admirationis, grati animi sensum excitandum, quo quum incalescit pectus, sponte poeseos vis et lumen enascitur! quam crebro vota cum gratiarum actione, preces cum laetitiae significatione jungendae erant! quam acriter saepe rerum ipsarum, quibus addebatur inscriptio, ut statuae, tabulae pictae aliusve similis operis praestantia ad laudem operis,

auctorisque ejus excitare debebat! In monimentis autem sepulcralibus quot et quanta fuerint ad commoti pectoris sensus expromendos invitamenta, quid attinet dicere? Quae omnia sunt ejusmodi, ut sponte appareat, quomodo factum sit, ut ἐπίγραμμα, quod a nuda nominum commemoratione coeperat, satis mature angusta, quibus continebatur, claustra perrumpere gestiret, et, quantumvis exiguis finibus circumscriptum, ad poematis tamen laudem et virtutem adspiraret.

Diu tamen in hoc genere priscus ille color, prisca simplicitas obtinuit, ita ut ei poetici coloris lumina nonnisi summa cum temperantia adhiberentur. Idque non unam ob caussam. Loci enim, cui destinata fuerunt epigrammata, ratio, basis statuae angustior, cippi area non admodum spatiosa, margo donarii, effusam orationem intra angustos fines cohibebat; quumque ipsa rei ratio postularet, ut, qua de caussa epigramma esset additum, sine mora intelligeretur, cum hoc ipsum, tum pia etiam donarii aut monimenti epigrammate ornandi destinatio, et brevitatem commendabat, et ambitiosum ornatum, ut a re alienum, praecidebat. Verum ex antiquissimo hoc epigrammatum genere, quod totum a rebus, quae ei originem caussamque praebuerant, pendebat, aliquanto post aliud est exortum genus, materia illud a priore non diversum, forma haud paulo liberius. Coeperunt enim nonnulli ad priscarum illarum inscriptionum similitudinem epigrammata scribere, non hoc consilio, ut ea ἀναθήμασιν, aut monimentis, aut artis operibus accommodarent, sed ut

in tali argumento, quod ipsorum animos ad se advertisset, suaviter et ingeniose luderent. In ejusmodi lusibus sicuti princeps et genuina epigrammatis forma servari debuit, sic a prisco et simplici orationis genere necessario recedendum fuit. Ridiculum enim fuisset, si quis, ut Marcus ille apud Lucillium nostrum*), qui in honorem filii, quem nunquam habuerat, cenotaphium exstruxit, ut jejunum ei versum allineret, ita in ficto ludens argumento aut verum argumentum tamquam ludendo tractans, nulla necessitate urgente, ab ornamentis, quibus poema commendatur, tamquam a re vetita et interdicta, ultro abstinuisset. In talibus igitur epigrammatis quum uberior rei expositio, narratio explicatior, oratio floridior locum haberet, ortum est illud genus, quod quum ἀναθηματικὸν videri vellet, revera ἐπιδεικτικὸν fuit. Huic generi, cui jam Simonides videtur praelusisse, plurimi navarunt operam. Et quum post Alexandri Magni imperium, rebus per totam Graeciam vehementer immutatis, poesis quoque novam quodammodo speciem novumque cultum sumsisset, in quo simplicitatis quaedam affectatio cum operosa eruditione conjuncta erat, ita ut multi curiose mallent loqui quam bene, epigrammata coeperunt scribi, quae nulla re magis quam arte et doctrina conspici et commendari vellent. Inter haec principem locum tenet illud genus, quod rerum, a poetica tractatione quodammodo abhorrentium eique renitentium, instrumentorum potissimum omnis generis curiosa enumera-

*) Vid. in hoc delectu cap. VI. ep. 73.

tione continetur, et, licet verae poeseos aut parum aut nihil habeat, artificiosa tamen tenuissimarum rerum descriptione, sermonisque ad illas res ornandas commendandasque egregie conformati dilectu placere potest.

Jam vero huic poeseos generi parodias mature adhaesisse, et fere simul cum eo natas esse, nemo mirabitur, qui Graecorum ingenium noverit, quorum, ut verissime observavit Welckerus noster *), universa vita sermonesque omnes atque omnia convivia parodiarum lusibus abundabant. Hinc exortum est genus epigrammatum σκωπτικῶν, quod seriore aevo, quamquam etiam antiquitus, sed seriore imprimis aevo, i. e. post aeram christianam, ita frequentatum atque exornatum est, ut et olim et hodie quoque longe plurimi, quum epigrammatis mentionem fieri videant, continuo aliquid, quod risum moveat, sales atque dicteria, sibi animo fingant.

Est autem aliud praeterea genus a praecedentibus diversum, sed a veteribus studiose excultum, quod medium est quodammodo inter elegiam et epigramma ἐπιδεικτικόν, elegiae tamen plerumque vicinius. Quemadmodum enim inter breviores, ut hoc utar, Propertii elegias quaedam reperiuntur, quae ob totam singularum partium conformationem, et imprimis ob vividiorem exitum facile epigrammatis annumerari possint, ita inter poematia, quae in Florilegiis epigrammatum leguntur, amatoria imprimis, convivalia et sententiosa, haud pauca

*) In eruditissimis ad Theognidem Prolegomenis p. LXXX.

habentur, quae pro elegiis habere, et cum Mimnermi alicujus, aut Solonis et Theognidis ἐλεγείοις commode conjungere possis. Et hujus quidem generis longe maximus ex omni fere aetate numerus ad nostra tempora servatus est, in quo plurima sunt et inventionis laude conspicua, et orationis elegantia praestantissima, quibus jactura, quam in elegiacis optimi aevi poetis fecimus, quodammodo resarcitur, idque eo magis, quo verisimilius est haud pauca in iis ex limpidissimis vetustiorum elegiacorum fontibus deducta atque derivata esse.

Jam reputantibus nobis, quanta fuerit per totam Graeciam ab antiquissima aetate publicorum privatorumque omnis generis monimentorum copia, e quibus plurima inscriptionibus instructa fuisse constat, dubitari non potest numerum epigrammatum versibus conceptorum haud fuisse exiguum. Inter haec quum plurima essent, quae ad populorum res gestas, ad veterem urbium memoriam, singulorumque hominum vitam illustrandam momentum haberent, Graeci, vetustae rerum suarum memoriae perscrutatores curiosissimi, nec hunc fontem neglexerunt, exstiteruntque, qui ejusmodi epigrammata ex dispersis monimentis colligerent, simulque cum ipsis, ad quae pertinebant, operibus descripta et adumbrata servarent. Commemorantur collectiones hujus generis, duobus ante aeram nostram saeculis a Polemone concinnatae, tum Alcetae, Philochori et aliorum, quarum nulla aetatem tulit, quamquam satis sit credibile a serioribus tum historicis, tum Anthologiarum conditoribus antiquiora illa

syntagmata compilata, nec pauca ex iis, fortasse optima quaeque et praestantissima, ad nos servata et propagata esse. Cum magno enim litterarum emolumento factum est, ut saeculo fere ante Christum Meleager Gadarenus, vir ingeniosus nec poeta mediocris, ex optimis omnis aevi poetis epigrammata deligeret atque in unum corpus conflaret, cui στεφάνου sive coronae titulum fecit. Hoc elegantis industriae exemplum centum annis post imitatus est Philippus Thessalonicensis, qui et ipse se in epigrammatico genere cum laude exercuit, novam ex poetis, qui post Meleagrum epigrammatis scribendis operam navaverant, Coronam contexens. Uterque epigrammata in ordinem recepta secundum initia disposuit, ita ut litterarum ordinem sequeretur, cujus ordinis manifesta supersunt vestigia. An temporis quoque et aetatis poetarum, aut argumentorum similitudinis habita sit in disponendo ratio, nunc quidem ignoramus, neque tamen probabile est. Ceterum uterque collectionem suam auspicatus est prooemio, in quo, quod Coronae nomen et ratio quodammodo postulabat, singuli poetae cum singulis floribus plantisve comparantur.

Ac hi quidem Florilegiorum conditores antiquissimi nulli epigrammatum generi prae ceteris favisse, nullum de coronis suis exclusisse videntur; sed quaecunque digna censuissent, ut a posteris legerentur, ea sine argumenti discrimine adoptaverant. Postea autem secuti sunt, qui, argumenti ratione habita, epigrammatum facerent delectum. Horum unus, Strato Sardianus, homo nequiter ingeniosus, sed poeta elegans, se-

cundo, ut videtur, post Chr. saeculo exeunte, turpi consilio ex Meleagri et Philippi coronis ea excerpsit, quae ad puerorum amores spectarent, multaque de suis, antiquioribus illis haud paulo flagitiosiora, admiscuit. Hunc libellum, cum Philaenidis fortasse et Elephantidis famosis operibus, cum Lusibus Priapeiis, et paucis aliis antiquitatis ejusdem farinae libris comparandum, a recentioribus autem et christianis hominibus longe longeque turpitudine superatum, *Μοῦσαν παιδικὴν* inscripsit, quae propudiosa collectio periisset, nisi christianus homo ejus aetatis, quam hodie nonnulli nobis tamquam omnis incorruptae religionis sedem in exemplum proponunt, eam cum christiani argumenti poematis conjunctam et quodammodo circumvallatam servasset*). Honestius consilium secutus Diogenes Laertius, Vitarum Philosophorum auctor, ea potissimum epigrammata, quae ad philosophos spectarent, collegit et in peculiari libro condidit. De qua collectione si judicare licet ex iis, quae Diogenes inde in Vitis excitavit, longe maxima pars ejus continebatur ineptis et jejunis ipsius compilatoris poematiis, vario metrorum genere conscriptis, unde totum illud syntagma *Παμμέτρου* titulo inscriptum fuit.

Proximis saeculis ob miseram Graeciae conditionem aliasque ob caussas, quas hîc commemorare nihil attinet, studium poe-

*) Reperiuntur hic illic in Bibliothecis libri manuscripti, qui initio et fine orationes sacras, preces, controversias et similia offerunt, in media sua parte autem impia et obscena; repraesentantes quodammodo Nisi filiam superne formosam, sed candida succinctam latrantibus inguina monstris.

seos refrixit, donec imperii sede Byzantium translata, Graecisque litteris cum in Imperatorum aula, tum in aliis etiam orbis Romani partibus novo splendore collustratis, Musae quoque ex alto duorum fere saeculorum sopore excitari coeperunt. Exstitit tum, quinto, ut videtur, saeculo ineunte, Nonnus Panopolitanus, vir admirabilis, qui spisso Dionysiacorum opere, quo omnem Bacchicarum fabularum farraginem non optimo ordine, et incredibili loquacitate, congessit, documentum dedit ne felicissimum quidem ingenium saeculi vim effugere posse. Sed quid in Nonno sit laudandum, quid vituperandum, non est hujus loci quaerere. Verum restaurata per eum et insigniter exculta heroici versus elegantia, ita ut praeter majorem aliquam varietatem nihil fere in ejus conformatione desideres, exorti sunt cum in heroico poeseos genere, tum in aliis nonnullis, poetae aliqui, qui, viam Nonni vestigiis impressam magna cum alacritate secuti, veteres fabulas haud contemnendo successu exornarent. Et epigrammatum quoque sextum post Chr. saeculum et Justiniani potissimum aetas laetum proventum habuit. Hoc enim aevo floruit Marianus Scholasticus, elegantium aliquot epigrammatum auctor, Christodorus, qui, praeter epigrammata, statuarum Zeuxippi descriptionem reliquit optimis versibus concinnatam, Julianus quidam cognomine Aegyptius, Paulus denique Silentiarius, Macedonius Consul, Agathias Scholasticus. Qui omnes optimorum poetarum lectione imbuti, quum se ad epigrammata scribenda dedissent, neque ullum fere argumentum eorum, quae

veteres versibus tractarunt, intentatum reliquissent, plurima concinnaverunt, quae saeculi vitia, optimo cuique inhaerentia, multis virtutibus compensarunt. Inter quos homines, non ingenii tantum elegantia et eruditione, sed honoribus quoque et vitae splendore illustres, Agathias Myrinaeus, ob juris civilis professionem Scholasticus nuncupatus, ne laeta illa cum sui tum proxime antecedentis saeculi messis interiret, eam quasi in horreum inferre, id est, ad Meleagri Philippique rationem novum recentiorum poetarum Florilegium condere instituit, ita tamen, ut omnem materiam secundum argumentorum diversitatem in plures libros digereret. Quam collectionem *Κύκλον* nomine inscripsit, hanc, ut videtur, ob caussam, quod poetarum ab ipso compilatorum nomina ita implicaverat, ut se, tamquam in *κυκλικῷ χορείᾳ*, eodem semper ordine exciperent. Hoc consilium, capitumque, in quae totum opus descriptum est, et unius cujusque capitis argumentum Agathias exposuit in prooemio, quod corpori a se conflato, ut Meleager antiquitus et Philippus coronis suis, praefixit, quodque nos olim in Animadversionibus ad Anthologiam Graecam, tum in Anthologia Palatina edidimus, nuper autem Huschkius, vir eruditissimus, doctis animadversionibus illustratum in ultimo Anthologiae Boschianae volumine denuo exhibuit.

Quum jam, praeter Stratonis et Diogenis collectiones, tria exstarent epigrammatum Florilegia, antiquissimum poetae Gadareni et duo alia, hujus tamquam supplementa, Philippi et Agathiae, tertio

post Agathiam saeculo, quo tempore Constantinus Porphyrogeneta, ut ingentem veteris eruditionis materiam in compendium redigeret, ex historicis, medicis, oeconomicis aliisque scriptoribus excerpta facienda eamque farraginem secundum argumentorum varietatem in capita redigendam curabat, alius quidam Constantinus, cognomine Cephalas, ignotus ceteroquin homo, simili quodam consilio vetera illa Florilegia compilanda, et ex epigrammatis inde selectis novum Syntagma, ad Agathiae, ut videtur, exemplum in plura capita descriptum, condendum et concinnandum suscepit. Post hoc opus, de cujus ratione et dispositione non attinet plura hoc looo dicere, quum ea omnis in Anthologiae Palatinae editione, ante hos tredecim annos a nobis suscepta, luculentissime pateat, vetustiores Anthologiae evanuerunt, nec multum aberat, quin Constantini quoque Florilegium idem fatum subiret, postquam saeculo decimo quarto Maximus Planudes, homo industrius neque indoctus, Constantini Anthologiam denuo compilaverat et in alium ordinem redegerat. Quum enim Constantinus omnem epigrammatum numerum secundum argumentorum rationem in generalia quaedam capita digessisset, ita ut dedicatoria, satyrica, amatoria ceteraque junctim legerentur, nullo praeterea alio discrimine; Maximus Planudes et librorum ordinem immutavit, et singulos libros in plurima capita discerpsit, excepto septimo, qui amatoria complectens distributionem per locos communes minus ferebat. Ceterum Planudes in hoc opere, quod Ἀνθολογίαν διαφόρων ἐπιγραμμάτων inscripsit, nihil

aliud egit, nisi ut Constantini Syntagma in compendium redigeret. Alium enim fontem non est sectatus, nisi quod libro quarto plurima habet in statuas, tabulas pictas, aliaque artis opera, quorum in Constantini opere, sicuti hoc in Palatinis membranis servatum habemus, nullum est vestigium; unde suspicamur Planudem illius Anthologiae habuisse exemplum, uno hoc de artis operibus capite auctius. Ceterum magnum epigrammatum numerum omisit, et quidem, praeter puerilem Stratonis Musam, omnia, quae lascivioris essent argumenti, tum quae ob graviores scripturae depravationes haud facile intelligi possent. Si quid autem vel ex hoc vel ex altero genere in ordinem recepit, in his plerumque verba lasciva et obscena cum castioribus commutavit, in depravatis autem verba corrupta aut omisit, aut pro virili sua parte emendare conatus est. Quum autem neutrum horum ei satis feliciter cessisset, factum est, ut, Constantini Anthologia ex tenebris, quibus per plura saecula obruta fuerat, in lucem protracta, Planudis opera, cujus ratio et modus tum demum cognosci et intelligi poterat, a doctissimis hominibus non sine caussa, sed, ut mihi quidem videtur, majore quam par erat acerbitate reprehensionibus et conviciis proscinderetur.

Sicut autem, quod diximus, Constantini Florilegio antiquiores illi Στέφανοι una cum Κύκλῳ Agathiae hominum manibus excussi fuerunt, ita ipsum Constantini Syntagma Planudis opere in oblivionem adductum est. Nam post renatas saeculo decimo

quinto litteras Planudis Florilegium, post primam editionem a Iano Lascari Byzantino Florentiae*) factam, crebro per alios cum in eadem urbe, tum Venetiis et alibi typis repetitum **), commentariis etiam a duobus Franco-Galfis, Joanne Brodaeo, Turonensi, et Vincentio Opsopoeo ***) illustratum est. In quibus editionibus atque commentariis quid ad emendandam illustrandamque Anthologiam sit praestitum, exponere conati sumus in Prolegomenis, primo Animadversionum nostrarum praefixis volumini; unde petant, quorum talia nosse interest. Ad nostrum consilium sufficerit commemorasse Henrici Stephani operam in Florilegio Planudeo cum auctariis notisque criticis eleganter edendo praestitam, quam editionem †) proximo intervallo secuta est ea, quae a Wechelii heredibus meliore consilio quam effectu procurata est ††). Ibi textui Stephaniano adposita sunt Scholia, a recentioribus Graecis e vulgaribus libris corrasa, subjecti autem commentarii Opsopoei et Brodaei, et hi quidem cum accessionibus a Brodaeo profectis. Post hanc editionem per duo fere saecula nulla suscepta est,

*) Anno 1494. 4. editio uncialibus quas vocant litteris expressa. Cf. Wolfii Anal. litterar. Fasc. I. p. 287. ss.

**) ap. Aldum. Venet. 1503. 1521. et 1550. 8. ap. Juntam. Florent. 1519. 8. apud Badium Ascens. Parisiis 1531. 8. ap. Nicolinos Sabienses. Venet. 1550. 8.

***) Opsopoei commentarius in tres priores Anthol. libros et in septimum, primum prodiit Basileae. 1540. Brodaei observationes in integrum Florilegium ibid. ap. Froben. 1549. fol.

†) Excusa est Stephani editio Parisiis anno 1566. Fol. min.

††) Francofurti, 1600. Fol.

quae in contubernium venire possit. Sed quum eruditi quidam homines, qui graecae poeseos studium cum Musis latinis conjunxerant, epigrammata haud pauca, ludentes plerumque et aliud agentes, in latinum sermonem vertissent, non omnes eodem successu, sed multi satis probabiliter *), saeculo decimo septimo exstitit Hugo Grotius, vir eximius, et in illo quoque saeculo, nobilium ingeniorum fertilissimo, a paucis superatus, qui post eclogas poeticas ex utroque Joannis Stobaei opere excerptas, alteramque illam collectionem locorum illustrium ex Tragicis Comicisque graecis, quae omnia eodem metrorum genere latinis versibus expresserat, Anthologiam quoque integram eadem ratione vertendam suscepit. Quod ab eo, sene sexagenario, summa cum arte nec minore diligentia perfectum esse omnes uno ore fatentur. Verum hoc tam eximium opus quum una cum textu graeco plurimis a se locis rectius constituto editurus esset, editionemque instantis fati quadam praesensione urgeret, morte praeventus est **). Hinc factum, ut textus a Grotio ad criticam rationem emendatus periret, latina autem inter-

*) Obiter hoc loco commemorabimus editionem Anthol. ab Andrea Rivino susceptam, qui singulis epigrammatis Florilegii Planudis, quod in Chiliadas divisit, quasque interpretationes metricas undecunque corrasas (titulus libri trecentos et triginta poetas omnium nationum famigeratissimos commemorat) addidit. Prima Chilias prodiit Gothae 1651. 8. reliquae duae, quae nunquam lucem viderunt, servantur in Biblioth. Universitatis Lipsiensis.

**) Specimen editionis, cujus curam Grotius Isaaco Vossio demandaverat, missum erat Parisios mense Januario 1645. commemoraturque in Grotii Epistolis p. 740. Hoc ipso anno, paucis post mensibus, vir summus defunctus est m. Augusto 28.

pretatio diu in bibliothecarum tenebris lateret, donec exemplar ejus ex bibliotheca P. Burmanni Secundi *), qui plurima inde in Commentariis suis excitavit, ad Hieronymum de Bosch, virum cum totius antiquitatis, tum latinae imprimis poeseos amantissimum, delatum talis editionis, qualem Grotius mente conceperat, consilium pareret. Prodiit haec editio, spectabili formae magnitudine, chartarum nitore, typorum elegantia oculis se prae multis aliis commendans, inde ab anno 1795 tribus Voluminibus, totum Planudeae Florilegium cum Mantissis nonnullis praestantissimis, omnia cum Grotii interpretatione graeco textui e regione posita complectentibus. His adjectum est anno 1810 quartum Volumen, quod, praeter ineditas Friderici Sylburgii et Claudii Salmasii notas, editoris commentarios in librum I. et II. continet; quinto ne inchoatum opus absolveret vir praestantissimus, morte est prohibitus, quae eum anno 1811 Kal. Juniis senem septuagenarium amicis et litteris eripuit. Sed telam a Boschio exorsam, ne imperfectum relinqueretur opus, utque pietati erga defunctum satisfieret, detexuit vir eruditissimus, David Jacobus van Lennep, qui, iis, quae ad hoc negotium adhuc deessent, partim ex Boschii schedis, partim ex sua ipsius penu instructissima, una cum Indicibus utilissimis, adjectis, edito anno 1822 quinto, quod desiderabatur, vo-

*) De hoc operis praestantissimi exemplari aliisque quibusdam apographis accurate tradidit Chardon de la Rochette Mélanges. Tome I. p. 372. ss.

lumine insignem, apud graecae latinaeque poeseos amantes gratiam iniit.

Sed diu ante, quam Boschius praeclaro hoc opere Grotii Manibus quodammodo litaret, monumentum exstruens, quale vir summus ipse sibi prae ceteris omnibus optasset, nova Anthologiae graecae lux exorta erat per Brunckium, virum graece doctissimum, multisque operibus editis de bonis litteris immortaliter meritum. Sed prius quam de Brunckii in Anthologiam meritis exponamus, redeundum est nobis ad illud tempus, quo Claudius Salmasius, duodeviginti annorum puer, sed jam tum supra vulgarem modum eruditus, anno 1606 Heidelbergae in bibliotheca Palatina unicum Anthologiae Constantini codicem, pretiosissimum illius thesauri κειμήλιον, invenit. Quo libro semel in manus sumto, quum statim intellexisset, quanto haec Anthologia altera esset uberior, eum non prius deposuit, quam totum excussisset. Ab eo inde tempore hoc Florilegium doctorum sermonibus celebrari coepit. Editionem ejus promiserat Salmasius, neque ullus fere est ex ejus libris, ubi non hoc promissum iteraverit; verum ab alio, quo erat fervore, ad aliud opus delatus plurimisque districtus laboribus fidem datam non exsolvit. Interea pretiosissimis illis membranis per funestissimum triginta annorum bellum *) Romam in Vaticanam bibliothecam delatis, unde post duo saecula per victrices Franco-Gallorum legiones Parisios sunt missae, excerpta a Salma-

*) anno 1623.

sic facta cupide expetebantur, et a quibusdam descripta in multorum manus venerunt. Ex hujusmodi apographis, vitiosis illis plerumque et interpolatis, superiore saeculo quaedam veteris illius Anthologiae capita cultu plerumque parum eleganti, neque ea, qua par erat, diligentia in lucem protrusa sunt*); integrum opus, licet a pluribus susceptum et promissum **), nescio qua fortuna semper intra bibliothecarum claustra retentum est. Tandem Brunckius felici quodam casu, quum jam virilem aetatem attigisset, inter ipsos belli Borussici tumultus, graecis litteris admotus, vix e limpidissimis illis fontibus gustaverat, quum incredibili ardore dies noctesque hoc unum ageret, ut sitim gustando excitatam largis haustibus restingueret. Forte in ejus manus apographa quaedam Anthologiae ineditae inciderant. Non ignorabat, quanto desiderio hoc opus per tot jam annos expeteretur, et quam saepe spes de eo concitata cecidisset irrita; quare illud maxime judicabat idoneum, unde nominis illustrandi merendique de litteris auspicium faceret. Quod consilium ita exsecutus est, ut quaecunque epigrammata cum ex Salmasii excerptis, tum ex Planudis Florilegio aliisque ex libris et inscriptionibus corrasisset, ea omnia ad auctores suos relata, cum nonnullis aliis, Solone,

*) Bene tamen non uno nomine de Anthologia meruit Reiskius, qui partem τῶν ἐρωτικῶν in Miscellaneis Lipsiensibus novis Vol. IX. an. 1752, deinde excerpta ex Cap. V. VI. et VII. in peculiari libro edidit, multis eruditisque observationibus adjectis, notitia praesertim poetarum, bonae frugis plenissima.

**) a Dorvillio imprimis, qui magnam vitae partem huic operi impenderat. Ejus apparatus cum aliis Msctis in Bibl. Bodlejanam migravit. Vid. Wyttenb. Bibl. cr. Vol. III. 3. p. 160. ss.

Tyrtaeo, Callimacho, Bucolicis aliisque, brevibus ad omnia observationibus adjectis, in tria Volumina digesta, sub Analectorum titulo ederet *). Hoc opus, ut omnia, quae vir praestantissimus lucrique ex litteris faciendi contemtor generosissimus typis describenda curavit, externo nitore ultra modum illius temporis conspicuum, quamvis magno et merito eruditorum plausu exceptum, non tamen ex omni parte satisfecit eorum desiderio, qui in ejusmodi opere, ex uno fonte maximam partem derivato, non tam id requirerent, quod facile esset intellectu, eique lectorum generi, quod nihil praeter voluptatem sectatur, nulla impedimenta objiceret, quam textum ad veterum librorum fidem certamque critices normam diligenter et accurate constitutum. Qua in parte quantopere vacillet Brunckiana editio, et alii monuerunt, et nos exemplis allatis docuimus cum in Prolegomenis nostris **), tum in Praefatione ad Anthologiam Palatinam, ubi de Brunckii in Anthologiam meritis data opera disputavimus. Ex qua disputatione hoc posuisse suffecerit, virum ingeniosissimum, quum genuinis Palatini olim, tum Vaticani codicis lectionibus careret, neque earum nanciscendarum opportunitatem haberet, sexcentis in locis pravas Salmasii aliorumque conjecturas pro membranarum lectionibus habuisse, neque minus saepe, ut quae corruptelis horrerent

*) Argentorati. 1776. 8.

**) §. XIII. p. CLXV.

levigaret, violentas et temerarias correctiones suas in textum invexisse.

Sed hos elegantissimi viri errores suspicione tum magis praecipere, quam certis argumentis convincere poteramus, quum puriores fontes paucissimis tantum paterent, qui otiosi ad eos sedebant. Quare quum nulla spes esset subsidia, quibus Brunckius caruerit, aliis oblatum iri, divenditis autem Analectorum exemplaribus nova editio a litterarum amantibus cupide expeteretur, quam, Gallia bellis civilibus et externis vehementer vexata, ab ipso editore procuratum iri ne exspectari quidem poterat, ad exitum superioris saeculi *) Analectorum textum, omissis quae ab Anthologia aliena essent, emendatisque quae Brunckius ipse in Notis adjectis correxisset, Lipsiae quatuor voluminibus repetendum curavi. Ad haec mox quintum accessit, Indices copiosissimos continens, et octo alia, quae Animadversiones complectebantur cum Paralipomenis **). Horum enim haud exiguus mihi numerus successerat cum aliunde, tum ex ipso Vaticano codice, quem Uhdenius, vir illustris, qui tum Romae negotia potentissimi Borussorum regis procurabat, ab Heynio ad eam rem excitatus, in meam gratiam excusserat;

*) inde ab anno 1794.

**) Titulus operis est: Anthologia Gr. s. Poetarum graecorum lusus. Ex recensione Brunckii. Tom. I—IV. Lipsiae. 1794. 8. Tom. V. Indices. Ib. 1795. F. Jacobs Animadversiones in Epigrammata Anth. Gr. secundum ordinem Analectorum Brunckii. Vol. I. Pars. I. (Prolegg. I—CLXXXIV.) Ib. 1798. Vol. I. P. II. Ib. eod. Vol. II. P. I. Ib. 1799. Vol. II. P. II. Ib. 1800. Vol. II. P. III. 1801. Vol. III. P. I. Ib. 1802. P. II. Ib. 1803. Vol. III. P. III. Ib. 1814.

cujus praestantissimi viri opera paulo post integri codicis apographum, a Josepho Spaletti, scriptore olim Bibliothecae Vaticanae, singulari diligentia factum, in Bibliothecam publicam Gothanam illatum est. Ex hoc demum libro, qui, si a paucis erroribus discesseris, autographi instar haberi poterat, totus Anthologiae Palatinae habitus, antea fere ignoratus, carminum ordo et dispositio, summaque codicis in plurimis rebus praestantia cognosci poterat. Quaecunque enim in Prolegomenis nostris *) de Anthologia Constantini Cephalae, de ejus concinnatore, de toto denique codice disputavimus, ea omnia ex illius apographi veluti fonte hausta sunt, unde et plurima epigrammata a Salmasio praetermissa, et a nobis in Paralipomenis exhibita, una cum variis lectionibus in Animadversionibus nostris commemoratis, profluxerunt. Habebam igitur quod mihi gratularer propter ejusmodi adjumentum, insperato oblatum, et ad rem, quam agebam, longe utilissimum, quod nisi tardius in manus meas venisset, totum illud Analectorum repetendorum consilium aut evertisset, aut magnopere immutasset. Alia minoris momenti subsidia, quae tamen et ipsa suscepto operi multis ex partibus profuerunt, hoc loco enumerare nihil attinet.

Verum vel sic res Anthologiae graecae inchoata magis quam perfecta et profligata videri debebat. Requirebatur editio, quae omnem Constantini Cephalae Anthologiam, qualis libro Vaticano continetur, cum omni-

*) §. VI. p. LXI. ss.

bus ejus accessionibus repraesentaret, et textumque epigrammatum a Planudis interpolationibus non minus quam a praeposteris recentiorum criticorum correctionibus purgatum exhiberet. Talis editionis et ad criticae severioris leges exactae et copiosissimis commentariis instructae spem excitaverat, conspectu etiam publice edito *), vir elegantis doctrinae multarumque litterarum et utinam tam felix quam doctus! — Chardonus de Rochetis, qui Anthologiam graecam sua manu de membranis Vaticanis descriptam in sinu et oculis gestabat, et per longum annorum cursum omnia studia sua ad hoc opus exornandum et elimandum direxerat. Et jam res ad exitum videbatur esse perducta, quum Chardonus, gravissimo simul et senectutis et egestatis onere oppressus, tandem eo est redactus, ut omnem ad Anthologiam apparatum, omnes copias, indefessa tot annorum opera conquisitas et congestas, exigua, ut fertur, pecunia, qua ad vitam sustentandam opus erat, venderet. Quo thesauro quid factum sit, aut ad quem pervenerit, prorsus ignoratur. Sed spes a Chardono excitata quum evanuisset, neque alius esset, qui rem ab eo destitutam suscipere vellet, ipse consilium, quod ab eo inde tempore, quo apographum Spalettianum in nostras terras delatum esset, mecum agita-

*) Habetur is in libro bonae frugis pleno, cui titulus: Mélanges de critique et de philologie. Paris. 1812. 3 Vol. 8. in Vol. primo. p. 117. ss. Novem decemve volumina huic operi destinaverat, omnem complectentia materiam, quam nos in Anthol. Palat. congessimus, una cum commentario, historia Anthologiae graecae, et notitia poetarum, qui epigrammata scripserunt.

verum; Anthologiae Constantini Cephalae ad hujus apographi fidem edendae denuo suscepi. Haec quoque editio Lipsiae prodiit, et apud eundem quo prior redemtorem, virum honestissimum, duobus voluminibus comprehensa *), quae, praeter textum membranarum, in XV libros distributum, supplementa habet epigrammatum Florilegii Planudei, quae in Vaticano libro desiderantur, appendicem praeterea eorum, quae in aliis libris editis et in marmoribus leguntur. Ad duo haec volumina accessit tertium, quod omnem ad epigrammata apparatum criticum, tam ex codicibus, quam ex veteribus grammaticis doctorumque virorum operibus derivatum, complectitur; nam haec omnia post Animadversiones nostras editas haud exiguum incrementum ceperant; hisque adjectus est libellus longe praestantissimarum lectionum, ex ipsis membranis, quae, dum nova nostra editio typis exscribebatur, bello feliciter profligato, ex Bibliotheca Vaticana Heidelbergam redierant, per Antonium Jacobum Paulssenium, juvenem eruditissimum, incredibili fere diligentia erutarum. Qua conjuncta opera supplementisque utilissimis jam voluntati eorum, qui in Animadversionum nostrarum voluminibus accuratiorem lectio-

*) Titulus operis hic est: Anthologia graeca ad fidem Cod. olim Palatini nunc Parisini ex Apographo Gothano edita. Curavit, epigrammata in Cod. Pal. desiderata et annotationem criticam adjecit Frid. Jacobs. Tom. I. Lipsiae 1813. Tom. II. 1814. Tom. III. Ib. 1817. 8. Insunt in tertio Volumine haud paucae viri illustris Gottofr. Henr. Schaeferi, qui plagularum corrigendarum negotium sibi impositum passus fuerat, observationes exquisita, et omnino hujus viri eruditione refertae.

nem commemorationem et aestimationem requisiverant, satisfactum videri poterat; posito, quo Anthologia prius caruerat, fundamento solido, in quo, qui huic operi aut illustrando, aut depravatis in eo locis, qui plurimi sunt, emendandis operam navare velint, securi et confidenter vestigia ponere possunt.

Neque tamen ab aliis post hanc editionem, si ab emendationibus nonnullis obiter prolatis, explicationibusque locorum quorundam discesseris*), insignior in illo Florilegio opera collocata esse videtur. Observationes enim a viro eruditissimo, Friderico Graefio, qui ante hos quindecim annos Meleagri carmina egregie illustravit**), in universam Anthologiam institutae, non ultra octoginta paginas procurrerunt, neque spes affulget eas continuatum iri; et in Thomae Gaisfordii, viri celeberrimi, Poetis minoribus, qui et alia plurima et epigrammata etiam Simonidis, Theocriti, Callimachi, aliorum complectuntur, ad commentarios, ibi ex Animadversionibus nostris repetitos, pauca tantum ex propriis clarissimi editoris thesauris accesserunt. Novam autem, quae ante aliquot annos apud Tauchnitzium, bibliopolam Lipsiens

*) Adde auctaria nonnulla Inscriptionum metricarum, quarum insignem copiam congessit Welckerus noster, qui quae epigrammata hujus generis in duabus prolusionibus edidit, emendatiora novisque accessionibus aucta propediem peculiari libello iterabit.

**) Meleagri Gadareni Epigrammata tamquam specimen novae recensionis Anthologiae graecae, cum observationibus criticis edidit Fridericus Graefe. Lipsiae, 1811. 8.

sem, prodiit, editionem, aut potius editionis nostrae repetitionem vitiis deformatam, ambigo equidem utrum dicam pejore consilio institutam, an majore socordia profligatam. Nam primum, qui viro industrio et commodis suis intento persuasit, ut editionem nostram στερεοτύπως repeteret, pessime ejus rebus consuluit. Quis enim nescit textum Anthologiae ob haud unam caussam ita comparatum esse, ut nullus fere ejus corrigendi, emendandi et expoliendi reperiatur finis; quod et nunc novis quotidie exemplis intelligimus, et tum intelleximus, quum observationes criticas ad easque Addenda ad Anthologiam Palatinam scriberemus. In his observationibus plurimos textus a nobis editi locos tum ex membranis diligentius inspectis, tum ex aliis fontibus rectius constituimus, vitiaque et typographica et nostros errores frequenter emendavimus; quas δευτέρας φροντίδας nostras is, qui Tauchnitzii editionem curavit, adeo sibi negligendas putavit, ut tertium editionis nostrae volumen aut plane ignorasse, aut ne semel quidem consuluisse videatur. Quid? quod veteres errores non solum propagavit, sed novis eosdem atque turpissimis auxit; neque solum, quod vulgo fit, spirituum accentuumque apicibus aut omissis aut perperam positis, sed quovis alio vitiorum genere, quibus bonae chartae inquinantur, peccavit. Quare quam titulus profitetur editionem σὺν πλείστῃ ἀκριβείᾳ factam, eam ῥᾳθύμως καὶ ἀμελῶς procuratam esse quaevis fere pagina loquitur. Quod ne temere dixisse videar, exempla quaedam, pauca de multis,

in margine ponam, unde dictorum veritas clarissime apparebit*).

Superest, ut pauca de hoc ipso libro dicamus, quo Bibliothecae graecae, a nobis susceptae, editionem casu magis quam consulto auspicamur. Neque tamen est, quod nos hujus casus poeniteat. Nullum enim novimus graecae antiquitatis opus, per quod legentibus, ad quorum utilitatem totum hoc novae scriptorum graecorum collectionis consilium dirigitur, juvenibus praesertim, aditus ad ceteros majore cum voluptate fieri possit, quam per ejusmodi epigrammatum delectum**), eo consilio institutum, ut legentes tamquam per prata, [illegible] flo-

*) In uno libro XI, quem hac editione perlegi, praeter ea, quae in accentibus sunt peccata, quadraginta fere graviora notavi vitia. Sic statim ep. 10, 1. σου habetur pro του. 35, 8. Φιλόδημος pro [illegible] 40, 1. [illegible] pro [illegible] 42, 5. την pro [illegible], posito etiam signo interrogandi post [illegible]. Ex multis aliis haec tantum commemoro. ep. 66, 4. [illegible] pro [illegible]. 67, 1. ου omissum post δε, [illegible] 4. [illegible] 354, 15, ἢ ante ἄλλος. 402, 1. [illegible] ante [illegible]. Prae talibus levia videntur ἴσθια, κτί, σχοοίνιον, ἔωρων (pro [illegible]), [illegible], ψυχῆς, [illegible] δεῦ (pro δός), [illegible] et alia hujus generis lectionum monstra. Quid? quod in eodem libro ep. 424. versus brevior plane est omissus, ita ut totum epigr. ad unum versum sit redactum, omneque perierit carmen? Libro quinto autem ep. 191, 5. 6. in hunc modum exhibentur: ἤ τιν, σύγκοιτον; ἐπὶ [illegible] στεφάνους, δάκρυσιν ἐπλήσω τοὺς ἱκέτας στεφάνους, ubi [illegible] omissum et [illegible] positum pro [illegible]. Similiter peccatum in Append. ep. 349. 1. ubi hoc versus monstrum habetur: τίς μου τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασ' [illegible]; Alia praeterea, non minus pudenda. Cur enim bonas chartas talibus inquinemus sordibus?

**) Non nunc primum ejusmodi Florilegium ex Florilegiis factum est. Paucis quidem hodie nota fuerint selecta Stephani, Soteris, Megiseri aliorumque epigrammata; sed hac ipsa [illegible] vir doctus E. Zimmermann Anthologiam ex priore nostra editione excerpsit (Francofurti. 1808. 8.), Weichertus, vir eruditissimus, ex altera (Misenae. 1823). Uterque paulo diversum a nostro secutus est consilium; neuter commentarios adjecit.

ribus conspersa et distincta, ad Musarum graecarum sacraria perducerentur. Quod ut efficerem, ex magno epigrammatum numero ea potissimum selegi, quae in suo quodque genere et argumento commendarentur, et arte essent conspicua, neque sordibus temporum progressu collectis vel vastisque vulneribus, quibus certum remedium nondum repertum esset, offenderent. Haec autem ita secundum argumenta disposui, ut omnis quodammodo veterum Graecorum vitae conditio, joca et seria, deorum religio, hominum res in pace et bello gestae, artium et opificiorum ratio, conviviorum hilaritas, regionum quoque et urbium imagines et memoria quasi in tabula multifariam distincta ob oculos poneretur*). Hoc mihi propositum; hoc secutus sum; an assecutus sim, alii judicent. Hoc sat scio, neminem hunc librum evoluturum esse, quin aliquid in eo ad gustum suum inveniat; neque solum eos, qui recentes ad graecas literas accedunt, sed eos quoque, qui iisdem probabiliter imbuti sunt, habituros, quae cum voluptate legant, quibusque ad altiora capessenda subleventur.

Notarum, quae pro consilio hujus operis adjiciendae erant, duplex genus est, alterum ad criticam spectans, ad interpreta-

*) Tale consilium jam ante biennium secutus sum in libro, qui magnum horum epigrammatum numerum in vernaculum sermonem metrice conversum et in duodecim libros distributum complectitur. Titulus libri est: Leben und Kunst der Alten. Tomus I. Gothae. 1824. qui Tomus idem est secundus Miscellaneorum Scriptorum meorum (Vermischte Schriften), quae inde ab anno 1823 prodire coeperunt.

in margine ponam, unde dictorum veritas clarissime apparebit*).

Superest, ut pauca de hoc ipso libro dicamus, quo Bibliothecae graecae, a nobis susceptae, editionem casu magis quam consulto auspicamur. Neque tamen est, quod nos hujus casus poeniteat. Nullum enim novimus graecae antiquitatis opus, per quod legentibus, ad quorum utilitatem totum hoc novae scriptorum graecorum collectionis consilium dirigitur, juvenibus praesertim, aditus ad ceteros majore cum voluptate fieri possit, quam per ejusmodi epigrammatum delectum**), eo consilio institutum, ut legentes tamquam per prata, nitidissimis floribus [illegible] rum. [illegible]

*) In hoc libro XI. quem in hac editione [illegible], praeterea, quae in accentibus sunt peccata, quadraginta fere graviora notavi vitia. Sic statim ep. 10, 1. σου habetur pro τοῦ. 35, 3. [illegible] pro [illegible] 40, 1. [illegible] pro [illegible] 42, 5. τὴν pro τίν, posito etiam signo interrogandi post ἄνδρα. Ex multis aliis haec tantum commemoro. ep. 66, 4. [illegible] pro [illegible]. 67, 1. [illegible] post [illegible] 83, 4. [illegible] 354, 15. ἢ ante ἄλλος. 402, 1. [illegible] σπατάλη. Prae talibus levia videntur ἴσθια, κτι, σχοινίον, ἐώρων (pro [illegible]), [illegible], [illegible], [illegible] (pro [illegible]), [illegible], [illegible] et alia hujus generis lectionum monstra. Quid? quod in eodem libro ep. 424. versus brevior plane est omissus, ita ut totum epigr. ad unum versum sit redactum, [illegible]? Libro quinto autem ep. 191, 5. 6. in hunc modum exhibentur: ἢ τιν' σύγκοιταν; ἐπὶ προθύροισι στεφάνους, δάκρυσιν [illegible] τοὺς ἱκέτας στεφάνους, ubi [illegible] omissum et [illegible] positum pro [illegible]. Similiter peccatum in Append. ep. 349. 1. ubi hoc versus monstrum habetur: τίς μου τὴν Σειρῆνα κακῶς κακὸς ἥρπασ' [illegible]; Alia praeterea, non minus pudenda. Cur enim bonas chartas talibus inquinemus sordibus?

**) Non nunc primum ejusmodi Florilegium ex Florilegiis factum est. Paucis quidem hodie nota fuerint selecta Stephani, Soteris, Megiseri aliorumque epigrammata; sed hoc ipso saeculo vir doctus E. Zimmermann Anthologiam ex priore nostra editione excerpsit (Francofurti. 1808. 8.), Weichertus, vir eruditissimus, ex altera (Misenae 1823). Uterque paullo diversum a nostro secutus est consilium; neuter commentarios adjecit.

ribus conspersa et distincta, ad Musarum graecarum sacraria perducerentur. Quod ut efficerem, ex magno epigrammatum numero ea potissimum selegi, quae in suo quodque genere et argumento commendarentur, et arte essent conspicua, neque sordibus temporum progressu collectis vetustisque vulneribus, quibus certum remedium nondum repertum esset, offenderent. Haec autem ita secundum argumenta disposui, ut omnis quodammodo veterum Graecorum vitae conditio, joca et seria, deorum religio, hominum res in pace et bello gestae, artium et opificiorum ratio, conviviorum hilaritas, regionum quoque et urbium imagines et memoria quasi in tabula multifariam distincta ob oculos poneretur*). Hoc mihi propositum, hoc secutus sum; an assecutus sim, alii judicent. Hoc sat scio, neminem hunc librum evoluturum esse, quin aliquid in eo ad gustum suum inveniat; neque solum eos, qui recentes ad graecas literas accedunt, sed eos quoque, qui iisdem probabiliter imbuti sunt, habituros quae cum voluptate legant, quibusque ad ulteriora capessenda subleventur.

Notarum, quae pro consilio hujus operis adjiciendae erant, duplex genus est, alterum ad criticam spectans, ad interpreta-

*) Tale consilium jam ante biennium secutus sum in libro, qui magnum horum epigrammatum numerum in vernaculum sermonem metrice conversum et in duodecim libros distributum complectitur. Titulus libri est: Leben und Kunst der Alten. Tomus I. Gothae. 1824. qui Tomus idem est secundus Miscellaneorum Scriptorum meorum (Vermischte Schriften), quae inde ab anno 1823 prodire coeperunt.

tionem alterum. In utroque genere brevitatis fuimus studiosissimi, magis autem in eo, quod in lectionibus dijudicandis versatur*). Hoc enim genus, quum plurimas illecebras habeat, cavendum est, ne tirones eo a rebus et sententiis, propter quas veteres leguntur, abstracti in variis lectionibus, conjecturis et emendationibus haereant, haud absimiles iis, qui in magnifico aliquo templo aliove vetustatis monumento non totius aedificii modum, partium concinnam compositionem, ornamentorum delectum et dispositionem contemplentur, sed in partibus tempore et vetustate affectis, aut in lichenibus, qui forte adhaeserint, contemplandis unice laborent. Criticas itaque notulas iis tantum locis allevimus, in quibus aliquid novandum esset, aut ubi lectio non satis videretur certa, aut denique ubi membranis relictis probabiles correctiones in textu ponendas existimaremus. In interpretatione eam viam tenere studuimus, quae et a jejuna sterilitate, et ab effusa loquacitate aeque reducta esset, hoc imprimis curantes, ne quidquam praetermit-

*) Secutus sum in hac re praeceptum, quod nobis ipsi scripsimus in conspectu Bibliothecae Script. graecorum ad exitum anni XXIV emisso: »si quid in nostrae editionis textu novatum »sit, id in brevi annotatione, cui locus inter textum et »commentarium dabitur, significabimus. Praeterea autem le»ctiones discrepantes, quae quidem memorabiles sint, et ad »sensum faciant, ex fontibus suis eodem loco commemora»buntur; neque conjecturis, si quae offerantur probabiles, »locus ibi denegabitur.« Quibus verbis hoc praecipue cavere voluimus, ne legentes variarum lectionum copiis, quae laudabili, quod nunc cum maxime fervet, studio veteres libros excutiendi immensum in modum crescunt, obruantur, scriptorumque ipsorum opera, tamquam Archimedis monumentum, vepribus atque dumetis vestita hominum oculis subducantur.

teremus et in rebus et in verbis, in quo lectorem, in graeci sermonis elementis probe exercitum, haerere posse suspicaremur. Sensum verbo plerumque indicavimus, sermonis rationem, si quid haberet proprium et peculiare, similibus praesertim locis allatis illustrare conati sumus. Neque a latinorum scriptorum comparatione abstinuimus, quippe quam juvenili aetati imprimis jucundam et fructuosam esse experientia edocti scimus.

Ceterum quum hoc volumen primum sit documentum, unde de opere a nobis suscepto judicari possit, vehementer optamus, ut spei in Conspectu de ea re edito concitatae satisfecerimus. Operam certe dedimus, ut nec in typorum formis elegantia et venustas, neque in chartis nitor atque bonitas desideraretur, neque vitia relinquerentur typographica, sed omnia in maximis minimis quam emendatissime exscriberentur. Et in hac quidem parte raram nostris praesertim temporibus felicitatem experti sumus, quum plagularum corrector nobis obtigerit tam diligens, ut nihil ejus aciem effugiat, tam religiosus, ut nulli neque tempori neque labori parcat, tam denique eruditus, ut errores si qui auctorem latuerint, praeclare observet atque corrigat. Est is A. Straubelius, juvenis praeclarae indolis, quem litteris graecis et latinis, quas acri studio persequitur, aliquando decori et ornamento fore certis auguriis spondere posse videmur.

Volumen hoc tempore primum, ordine vicesimum, propediem sequetur Volu-

men XV. orationes complexum et jam ultra dimidium excusum; tum Xenophontis Cyropaedia (quae Vol. est VII^mum^) et Anacreontis carmina, quae XIX^mum^ poetarum volumen implent, quod utrumque jam opus operas nostras gnaviter exercet. Quod si prima haec documenta curarum nostrarum paulo tardius, quam speraveramus, in lucem prodeunt, impedimenta quaedam obstiterunt, quae in ampli operis initiis, quum non omnia satis provideri possint, plurima exsistere solent. Quibus difficultatibus remotis atque superatis, reliqua nunc se sine intermissione secutura esse confidimus.

Scribebam Gothae mense Aprili anni CIƆIƆCCCXXVI.

83. Meleager, senex, in hoc epitaphio, quod sibi ipse scripsisse existimatur, vitae suae rationes exponit. – v. 1. Gadaris natus, urbe Syriae (poetae appellant Assyriam), ob ingeniorum culturam (vid. Strabo XVI. p. 759.) altera Attica. – τεκνοῖ. praesens pro aoristo, quod in talibus non infrequens. Append. Pal. 307. γεννᾷ μὲν Γλαῦκός με πατήρ, τίκτει δέ με μήτηρ Χρυσογόνη. – v. 3. ὁ σὺν Μούσαις. qui, Musis faventibus et comitantibus, primus omnium in eodem cum Menippo stadio cucurrit. Menippus enim Cynicus, ὁ σπουδογέλοιος (Strabo l. c.) scripserat Satyras, venerum plenissimas, quas imitatus est Meleager, teste Diogene Laert. VI. 99., inter cujus satyras una erat Χάρις inscripta, nisi totum opus sic inscriptum fuisse existimare malis. Athen. IV. p. 157. B. – v. 6. ἓν Χάος. complexus materiae turbidae et confusae, unde paulatim ὁ κόσμος prodiit; tum infinitum temporis spatium. – v. 8. sententia generalis, qua verba πρὸ τύμβου explicantur: ὁ γὰρ τοῦ γήρως γείτων ὢν οὐ πόῤῥω ἐστὶ τοῦ ᾅδου.

εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην, ἡ καὶ Δία θρεψαμένα Κῶς
κἀμὲ θετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτρόφει.
Μοῦσαι δ' εἰν ὀλίγοις με, τὸν Εὐκράτεω Μελέαγρον
παῖδα, Μενιππείαις ἠγλάϊσαν Χάρισιν.

85. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀτρέμας, ὦ ξένε, βαῖνε· παρ' εὐσεβέσιν γὰρ ὁ πρέσβυς
εὕδει, κοιμηθεὶς ὕπνον ὀφειλόμενον,
Εὐκράτεω Μελέαγρος, ὁ τὸν γλυκύδακρυν Ἔρωτα
καὶ Μούσας ἱλαραῖς συστολίσας Χάρισιν·
ὃν θεόπαις ἤνδρωσε Τύρος, Γαδάρων θ' ἱερὰ χθών·
Κῶς δ' ἐρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει.
ἀλλ' εἰ μὲν Σύρος ἐσσί, ΣΑΛΑΜ, εἰ δ' οὖν σύ γε Φοίνιξ,
ΝΑΙΔΙΟΣ, εἰ δ' Ἕλλην, ΧΑΙΡΕ· τὸ δ' αὐτὸ φράσον.

86. ΕΡΥΚΙΟΥ.

Εἰ καὶ ὑπὸ χθονὶ κεῖται, ὅμως ἔτι καὶ κατὰ πίσσαν
τοῦ μιαρογλώσσου χεύατε Παρθενίου,

LXXXIV. 6. *μελητείοις*. Pal. quod fuerunt, qui ad Homerum, Meletis filium, referrent. Rectius autem *μενιππείαις* emendatum, quum Gratiarum Homeri commemoratio ab h. l. aliena videatur.
LXXXV. 7. *σέλομ* alii et v. 8. *αὐδονίς*.

84. Argumentum idem. – v. 3. *ἡ καὶ Δία*. non Saturni filium, sed eum, quem abjecta corrupti saeculi adulatio Jovem appellavit, Ptolemaeum Philadelphum. Hunc enim in insula Co altum et educatum esse constat. vid. Theocr. Eid. XVII. 58. Callim. H. in Del. 165. – v. 4. *Μερόπων*. Cos Meropum sedes. Hymn. Homer. in Apoll. 42. *Μεροπηῒς νῆσος* Callim. l. c. 160. – *θετόν*. civitate donatum. Opponuntur sibi *οἱ φύσει πολῖται* et *οἱ θέσει* sive *οἱ θετοί*. – v. 6. *Μενιππ. χαρ.* vid. superius epigr. v. 4.

85. Item. – v. 1. *ἀτρέμας*. Eurip. Or. 148. *πρόσιθ' ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι*. – v. 3. *Ἔρως* referendum ad epigrammata amatoria, *Χάριτες* ad Satyras. Cf. supra XLII. 3. 4. – v. 7. triplici salute viatorem impertit, ex quocunque tandem populo ille venerit, trium eorum, apud quos ipse vitam transegerat, lingua usus. – v. 8. *τὸ δ' αὐτό*. tu autem idem redde mihi.

86. In Parthenium quendam, Grammaticum, ut videtur, et elegorum auctorem, Homero infestissimum. Vixit ille Hadriani aevo. Vid. Catal. Poetar. epigr. p. 891. s. – v. 1. *πίσσαν*. κατα-

οὕνεκα Πιερίδεσσιν ἐνήμεσε μυρία κεῖνα
φλέγματα, καὶ μυσαρῶν ἀπλυσίην ἐλέγων.
ἤλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον, ὥςτ' ἀγορεῦσαι
πηλὸν Ὀδυσσείην, καὶ βάτον Ἰλιάδα.
τοιγὰρ ὑπὸ ζοφίαισιν Ἐρινύσιν ἀμμέσον ἧπται
Κωκυτοῦ, κλοιῷ λαιμὸν ἀπαγχόμενος.

87. ΑΛΚΑΙΟΥ.

Σύμφωνον μαλακοῖσι κεράσσάμενος θρόον αὐλοῖς
Δωρόθεος γοεροὺς ἔπνεε Δαρδανίδας,
καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον, ἔπνεε δ' ἵππου
ἔργματ', ἀειζώων ἁψάμενος Χαρίτων·
μοῦνος δ' εἰν ἱεροῖσι Διωνύσοιο προφήταις
Μώμου λαιψηρὰς ἐξέφυγε πτέρυγας,
Θηβαῖος γενεήν, Σωσικλέος· ἐν δὲ Λυαίου
νηῷ φόρμιγγα θήκατο καὶ καλάμους.

LXXXVI. 6. pro βάτον nonnulli κάτον corrigunt, probabiliter. Sic lutum et sterquilinium a conviciante jungitur ap. Plaut. Pers. III. 1, 3.

LXXXVII. 8. ne brevis sit syllaba in caesura pentametri, φόρμιγγας emendat Passovius, φορβειὰς Graefius, capistrum, quod tibicinum.

κιττοῦσθαι jubet hominem. Aristoph. Eccl. 821. κατεπίττον πᾶς ἀνὴρ Εὐριπίδην. Cf. Ib. 1100. – v. 4. φλέγματα. vid. supra ep. 22, 4. – v. 7. ὑπὸ ζοφίαισιν. pro ζοφεραῖς; supra eaedem μελάμπεπλοι. – v. 8. κλοιῷ. Aristoph. Nub. 592. ἢν Κλέωνα ἑλόντες – εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. De equo Pal. IX. 19. κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος.

87. In Dorotheum Thebanum, citharoedum, eundemque ad citharam canentem. Tibias fidibus junctas fuisse constat. Horat. Epod. IX. 4. bibam Sonante mixtum tibiis carmen lyra; unde ἔναυλος κιθάρισις, et αὐλοὶ κιθαριστήριοι. Vid. Boeckh. ad Pindar. T. I. 2. p. 258. s. – v. 2. γοερούς. miseram Trojanorum sortem, idque, ut videtur, ad αὐλοὺς Φρυγίους, qui γοεροὶ καὶ θρηνώδεις, ut est ap. Aristid. de Music. p. 101. aut, ut in hoc epigrammate, μαλακοί. – v. 3. ἵππου. equi duratei. ἔργματα, per circumlocutionem de equo fabrili arte contexto. – v. 5. Διων. προφ. poetae, qui festorum solemnitatem cantu et carminibus celebrabant, Μουσῶν, μακάρων, Διονύσου ministri, sacerdotes et interpretes appellantur.

88. ΒΟΗΘΟΥ ΤΟΥ ΕΛΕΓΕΙΟΓΡΑΦΟΥ.

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον,
κωμάζων Λήναις σύν ποτε καὶ Σατύροις,
οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον,
ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,
παυσαμένη ζήλου Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη·
ἐψεύσω, Σεμέλη, Βάκχον· ἐγὼ δ' ἔτεκον.

89. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Αὐτὸν Βακχευτὴν ἐνέδυ θεόν, ἡνίκα Βάκχας
ἐκ Θηβῶν Ἰταλὴν ἤγαγε πρὸς θυμέλην,
ἀνθρώποις Πυλάδης τερπνὸν δέος, οἷα χορεύων
δαίμονος ἀκρήτου πᾶσαν ἔπλησε πόλιν.
Θῆβαι γιγνώσκουσι τὸν ἐκ πυρός· οὐράνιος δὲ
οὗτος, ὁ παμφώνοις χερσὶ λοχευόμενος.

88. In Pyladem pantomimum, qui Bacchum eximia arte saltaverat. Celebratur ille ut nobilissimae pantomimorum artis auctor et inventor, quam Augusto regnante originem cepisse constat. Zosimus l. 6. p. 11. Dio Cass. LIV. 17. Simul cum eo florebat Bathyllus, ejusdem artis, sed comicae, artifex, dum *ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης ἦν καὶ παθητική*, secundum Athen. I. p. 20. E. – v. 2. *κωμάζων.* pompam agens simul cum comitibus Bacchis et Satyris. De thiasis Bacchicis *κῶμος* et *κωμάζειν* imprimis usurpari solet. Vid. Welcker. ad Philostr. Imagg. p. 203. – v. 4. *κατὰ τέθμια.* i. e. *θεσμούς.* secundum leges a tragicis constitutas. Pyladis enim ars argumenta petebat ex tragoediis. – v. 6. *ἐψεύσω.* falso tu tibi Bacchum arrogasti, qui meus est filius.

89. Idem argumentum. – v. 1. *αὐτόν.* totum se insinuavit in Bacchum, ita ut ipsum deum videatur induisse. – v. 2. *Ἰταλήν.* Romam, ubi artem exercebat ille. Sueton. Vit. Aug. 45. – v. 3. *τερπνὸν δέος.* Bacchus cum coetu suo timorem incutiens, mente ad ejus adspectum metu trepidante, ut est ap. Horat. II. Od. 19. 5., at per Pyladis artem terror ille cum jucunditate est commixtus. Notum praeceptum Aristotelis Poet. c. XIV. 5. *τὴν ἀπὸ ἐλέου καὶ φόβου διὰ μιμήσεως δεῖ ἡδονὴν παρασκευάζειν τὸν ποιητήν.* – *οἷα.* quippe qui sic saltans urbem implevit Deo. – v. 5. *τὸν ἐκ πυρός.* Palat. IX. 331. de Baccho, *ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατο κοῦρος.* Vid. Philostr. Imagg. I. 14. p. 25, 9. – v. 6. *παμφώνοις.* pantomimi *λαλοῦσι ταῖς χερσί*, manusque iis tribuuntur loquacissimae et linguosi digiti. Append. Pal. 217. *ἱστορίας δείξας καὶ χερσὶν ἅπαντα λαλήσας, Ἔμπειρος Βρομίοιο.*

90. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Εἴ ποτε μὲν κιθάρης ἐπαφήσατο πλῆκτρον ἑλοῦσα
κούρη, Τερψιχόρης ἀντεμέλιζε μίτοις·
εἴ ποτε δὲ τραγικῷ ῥοιζήματι ῥήξατο φωνήν,
αὐτῆς Μελπομένης βόμβον ἀπεπλάσατο.
εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτὴ
Κύπρις ἐνικήθη, κἀνεδίκαζε Πάρις.
σιγῇ ἐφ' ἡμείων, ἵνα μὴ Διόνυσος ἀκούσας
τῶν Ἀριαδνείων ζῆλον ἔχοι λεχέων.

91. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛ.

Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας, ἢ λοφνίδας, ἢ καμασῆνας
ᾄδετε, ποιητῶν φῦλον ἀκανθολόγων,
οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες,
κρήνης ἐξ ἱερῆς πίνετε λιτὸν ὕδωρ·

XC. 6. κἂν ἐδίκαζε Πάρις. Vulgo. κἀνεδίκαζε emendavit Erfurdt; quam correctionem probat Hermann. de praeceptis qu. Atticist. p. XVIII. et personatus Kusterus ad Xenoph. Oecon. p. 6. non deterritus exemplis a Schaefero in Append. ad Bastii Epist. p. 26. allatis de κἂν cum indicativo. Idem tamen vir doctissimus in Epimetro II. ad Aristoph. Plut. p. XXXVIII. nostro loco vulgatam tuetur contra Erfurdtium, haec inter alia dicens: «Paris si retractat judicium, formositatis praemium dare debet aut Junoni aut Minervae. Sed quid hoc, quaeso, ad citharistriam Ariadnen?« Quod mihi, pace viri eximii, argutius videtur quam verius. Paris retractasset sententiam, qua Veneri palmam pulchritudinis tribuerat, nec eam amplius pro pulcherrima habuisset; idque, poeta judice, propterea, quod Venus cum Ariadna comparata, minus pulchra videri debebat.

90. In Ariadnen citharistriam. – v. 3. ῥοιζήματι. gravi tragoediae spiritu et sono. Etiam in oratione ῥοῖζος καὶ πνεῦμα laudatur. – v. 5. ἀγλαΐης, κάλλους. – v. 6. κἀνεδίκαζε. sententiam secundum Venerem datam revocasset Paris, pomo Ariadnae tributo. – v. 7. σιγῇ. Il. η. 195. hac formula commendatur silentium. Silentio, poeta ait, premamus vocem admirantis animi, ne Bacchus ob sponsam Ariadnen zelo-[illegible] concipiat animo.

91. Antipater in jejunos poetas (ὑδροπότας), obscurae eruditionis captatores invehitur; ἀκανθολόγους appellat, ut Pal. XI. 347. Grammatici vocantur σῆτες ἀκανθολόγοι; ubi ἄκανθαι subtilitates sunt grammaticae; hoc loco ἀκανθολόγοι sunt, qui glossis, quarum specimina v. 1. offert, carmina sua onerant, ut Nicander, Lycophron, Euphorion, Callimachus. – v. 3. λελυγισμένον. numeros ob nimium suavitatis studium tantum non

σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας.

92. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ.

Ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο Λίνδος·
φατὶ δὲ Σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχειν·
Πιττακὸν ἁ Μιτυλάνα· Βίαντα δὲ δῖα Πριήνη·
Μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα Δίκας·
ἁ Σπάρτα Χίλωνα· Σόλωνα δὲ Κεκροπὶς αἶα·
πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

93. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἡράκλειτος ἐγώ· τί μ' ἄνω κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δέ μ' ἐπισταμένοις.
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι
οὐδείς· ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Περσεφόνῃ.

94. ΑΔΗΛΟΝ.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλεε βίβλον
τοὐφεσίου· μάλα τοι δύςβατος ἀτραπιτός.

XCIII. τί με ὦ κάτω. Pal. quod cum Meinekio emendavimus.

fractos. – v. 5. Archilochus et Homerus, soli ex omni aevo poetae, οἷς οὐδένα τῶν ἄλλων ξυμβαλεῖν ἄξιον. Dio Chrys. Or. XXXIII. p. 397. A. Natales utriusque eodem die celebrabantur; capitaque eidem termino erant imposita. – ὑδροπότας. Vide supra ad ep. 65.

92. Recensus septem sapientum, qui ut σωφροσύνας (ejus praesertim sapientiae, quae in vita et moribus est posita) φύλακες, virtutis verae custodes atque satellites (Horat. I. Epist. I. 17.) celebrantur. Cf. Pal. IX. 366.

93. Heraclitus, quem ob doctrinae difficultates tenebricosum appellabat antiquitas, se frustra ait vexari, ἄνω κάτω ἕλκεσθαι, a viris Musarum expertibus. His se non scripsisse testatur, nec libros edidisse, qui multitudinem caperent, sed intelligentium se ambire suffragia. Simile quid Democritum dixisse ait Seneca Ep. VII. unus mihi pro populo est, et populus pro uno; apud Nostrum etiam gravius, οἱ δ' ἀνάριθμοι οὐδείς. – v. 4. ταῦτ' αὐδῶ. non minus quam olim superciliosus et aliorum contemtor.

94. Obscurum esse Heracliti librum, neque celeriter percurri posse, sed erudito duce et interprete indigere. Opus ille suum, quod de rerum natura conscriptum in Dianae Ephesiae templo deposuit, data opera obscurasse dicitur, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ, καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόνητον ᾖ. Diogen. Laert. IX. 6. – v. 1.

ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ σε μύστης
εἰςαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

95. ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Πέτρος ἐγὼ τὸ πάλαι γυρὴ καὶ ἄτριπτος ἐπιβλής·
τὴν Ἡρακλείτου δ' ἔνδον ἔχω κεφαλήν·
αἰών μ' ἔτριψεν κροκάλαις ἴσον· ἐν γὰρ ἀμάξῃ
παμφόρῳ αἰζηῶν εἰνοδίῃ τέταμαι.
ἀγγέλλω δὲ βροτοῖσι, καὶ ἄστηλός περ ἐοῦσα,
θεῖον ὑλακτητὴν δήμου ἔχουσα κύνα.

96. ΑΔΗΛΟΝ.

Τὸν βίον, Ἡράκλειτε, πολὺ πλέον, ἤπερ ὅτ' ἔζης,
δάκρυε· νῦν ὁ βίος ἔστ' ἐλεεινότερος.
τὸν βίον ἄρτι γέλα, Δημόκριτε, τὸ πλέον ἢ πρίν·
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ,
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

ἐπ' ὀμφαλόν. libri veterum, bacillo circumvoluti, cujus duo capita umbilici appellabantur, ita legi solebant, ut pars explicata teneretur manibus, altera mento. – v. 3. *μύστης.* interpres, illis tamquam mysteriis philosophiae initiatus. Socrates quum illum librum legisset, *Δηλίου,* dixit, *δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ.* Suid. – v. 4. *λαμπρότερα, ἃ ἄνευ ἐξηγητοῦ σκοτεινά ἐστιν.* neutrum pluralis pro singulari; quod non infrequens, etiam singulari numero praecedente.

95. Marmor Heracliti tumulo impositum, qui juxta viam erat, et plaustris et hominum pedibus vehementer attritum (haud aliter ac silices fluctibus agitati, *κροκάλαις ἴσον*), praetereuntibus nuntiat, se Heraclitum intus continere. – v. 4. *αἰζηῶν, ἀνθρώπων.* Apollon. Rh. IV. 268. *μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.* – v. 5. *καὶ ἄστηλος.* quamquam ea parte cippi privatum, in qua inscriptio esse solet. – *θεῖον ὑλακτητήν.* Palat. VII. 79. ipse Heraclitus: *Ἀσία, ξένε, δύςφρονας ἄνδρας Ὑλάκτευν.* – *δήμου.* dixerat enim *ἄξιον Ἐφεσίους ἀπάγξασθαι πάντας ἡβηδόν.* Strabo XIV. 25. p. 642.

96. De Heraclito et Democrito Seneca de Ira II. 10. Heraclitus quoties prodierat, et tantum circa se male viventium, immo male pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi laeti felicesque occurrebant – Democritum contra ajunt

97. ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΤΟΥ Α. Υ. ΑΙ.

Εἰ καὶ ἀμειδήτων νεκύων ὑπὸ γαῖαν ἀνάσσεις,
  Φερσεφόνη, ψυχὴν δέχνυσο Δημοκρίτου
εὐμενέως γελόωσαν, ἐπεὶ καὶ σεῖο τεκοῦσαν,
  ἀχνυμένην ἐπὶ σοί, μοῦνος ἔκαμψε γέλως.

98. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀτθίδος εὐγλώττου στόμα φέρτατον, οὗ σέο μεῖζον
  φθέγμα Πανελλήνων πᾶσα κέκευθε σελίς·
πρῶτος δ' εἴς τε θεὸν καὶ ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας,
  θεῖε Πλάτων, ἤθη καὶ βίον ηὐγάσαο,
Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας μυκτῆρι φρόνημα,
  κάλλιστον σεμνῆς κρᾶμα διχοστασίης.

XCVIII. 5. μυκτῆρσι. Pal. quod emendavit Br. κρητῆρι. Plan. – v. 6. σεμνῆς σῆμα. Vulgo, quod sensum idoneum non habet. De ἅμμα cogitabat Scaliger. Scripsi κρᾶμα, quod imagini subjectae maxime convenit.

nunquam sine risu in publico fuisse; adeo nihil illi videbatur serium eorum, quae serio gerebantur. Juvenalis X. 28. de sapientibus alter Ridebat, quoties delimine moverat - pedem; flebat contrarius alter. Hodie autem epigrammatis auctor dicit vitam multo largiorem flendi ridendique praebere materiam; seque meditari, quomodo in medio inter utrumque illorum philosophorum collocatus, ridenda rideat, deploranda fleat.

97. Proserpinam rogat, ut Democriti, τοῦ γελασίνου, animam in coetum defunctorum recipiat (ἀμειδήτων. ut ἀμειδήτῳ Ἀΐδῃ. Pal. VII. 439.), memorem voluptatis, qua tempestivus risus tristem et dejectum Cereris animum affecerit. Vid. Hymn. Homer. in Cerer. 202. ss. – v. 3. εὐμενέως jungendum cum δέχνυσο. – σεῖο τεκοῦσαν pro τὴν τεκοῦσαν σέ. participio pro nomine substantivo usurpato, et ad substantivi rationem cum adhaerentibus vocabulis conjuncto. Matthiae Gr. §. 570. Rost. §. 130. not. 6.

98. Platonem, Atticae eloquentiae principem, omnes etiam reliquos Graecos et scribendo superasse et cogitando, quod divina cum humanis complexus, Pythagorae gravitatem cum festiva ironia Socratica conjunxerit. Eandem Platoni laudem tribuit Diogen. Laert. III. 8. μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. Quae igitur inter illos philosophos esse videbatur dissensio, διχοστασία, ea sublata, Plato e conjunctis suavissimum κρᾶμα effecit. – v. 3. ὄμμα τανύσσας. Pauli Sil. Ecphr. 153. πᾶς βροτὸς ἀγλαόμορφον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας. Timae. Lex. Plat. p. 31. ἀνατείνας τὴν ψυχήν, ἐπὶ τὰ ἄνω τρέψας. – v. 5. μυκτῆρι. μυκτῆρα cum εἰρωνείᾳ jungit Lucian. Prometh. §. 1.

99. ΑΛΛΟ.

α. Αἰετέ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφον, ἢ τίνος, εἰπέ,
ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
β. ψυχῆς εἰμι Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς Ὄλυμπον
εἰκών, σῶμα δὲ γῆ γηγενὲς Ἀτθὶς ἔχει.

100. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον.

Μή πόθεν εἰμὶ μάθῃς, μηδ' οὔνομα· πλὴν ὅτι θνήσκειν
τοὺς παρ' ἐμὴν στήλην ἐρχομένους ἐθέλω.

101. ΖΗΝΟΔΟΤΟΥ, οἱ δὲ ΡΙΑΝΟΥ.

Τρηχεῖην κατ' ἐμεῦ, ψαφαρὴ κόνι, ῥάμνον ἑλίσσοις
πάντοθεν, ἢ σκολιῆς ἄγρια κῶλα βάτου,
ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι
ἴχνος, ἐρημάζω δ' ἥσυχα κεκλιμένος.
ἦ γὰρ ὁ μισάνθρωπος, ὁ μηδ' ἀστοῖσι φιληθείς,
Τίμων, οὐδ' Ἀΐδῃ γνήσιός εἰμι νέκυς.

102. ΛΕΩΝΙΔΑ ἢ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τὴν ἐπ' ἐμεῦ στήλην παραμείβεο, μήτε με χαίρειν
εἰπών, μήθ' ὅστις, μὴ τίνος, ἐξετάσας·
ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὁδόν· ἢν δὲ παρέλθῃς
σιγῇ, μηδ' οὕτως ἣν ἀνύεις τελέσαις.

99. Aquila, in tumulo posita coelumque spectans, cujusnam sit, interrogata, se Platonis animae ait simulacrum esse. Cf. supra c. III. ep. 4. et ep. 25. – v. 1. τίνος, ὤν scil. – v. 4. Pal. VII. 61. *γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος, ψυχὴ δ' ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων.*

101. Optat Timon, ut, tumulo spinis et vepribus obducto et operto, tuta ab omnibus solitudine fruatur. – v. 3. *ἐρείδοι* et *ἐρημάζω.* utrumque modum sic junxit Il. o. 598. *ἵνα νηυσὶ – πῦρ ἐμβάλῃ – Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν πᾶσαν ἐπικρήνειε.* Quint. Sm. II. 315. *χάζεο, μή σε βάλοιμι – μηδὲ τεῷ περὶ παιδὶ πέσῃς.* – v. 6. ut vivus civibus, sic post fata umbris apud inferos infestus. *γνήσιος.* carus. *γνησιώτατος.* carissimus. Gloss.

102. Arguta in hoc epigr. sententiae conversio et *μισανθρώπου* ingenio dignissima. – v. 3. *ὁδὸν ἀνύειν* h. l. est viam facere. Schol. ad Aristoph. Plut. 606. *ἀνύω καὶ τὴν ὁδόν, ἤτοι σπουδαίως βαδίζω.*

103. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

α. Τίμων, (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσί) τί τοι, σκότος ἢ φάος, ἐχθρόν;
β. τὸ σκότος· ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν Ἀΐδῃ.

104. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μή χαίρειν εἴπῃς με, κακὸν κέαρ, ἀλλὰ πάρελθε·
ἶσον ἐμοὶ χαίρειν ἐστὶ τὸ μὴ σὲ πελᾶν.

105. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Διογένευς τόδε σῆμα, σοφοῦ κυνός, ὅς ποτε θυμῷ
ἄρσενι γυμνήτην ἐξεπόνει βίοτον,
ᾧ μία τις πήρα, μία διπλοῒς, εἷς ἅμ' ἐφοίτα
σκήπων, αὐτάρκους ὅπλα σαοφροσύνας.
ἀλλὰ τάφου τοῦδ' ἐκτὸς ἴτ', ἄφρονες, ὡς ὁ Σινωπεὺς
ἐχθαίρει φαῦλον πάντα καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

106. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος·
πάντα φέρω πορθμῆϊ· λέλοιπα γὰρ οὐδὲν ὑπὲρ γῆς·
ἀλλά, κύον, σαίνοις, Κέρβερε, τόν με κύνα.

CIV. 2. *μή σε γελᾶν*. Vulgo, quod si dictum est pro: te non ridere, sed plorare, et friget, nec cum praecedentibus *ἀλλὰ πάρελθε* cohaeret. Quare *πελᾶν* scripsi, quod etiam Graefius emendavit.

104. *κακὸν κέαρ*. improbe; ut alibi, apud oratores praesertim, *ὦ κακή, ὦ μιαρά, ὦ ἀναιδὴς κεφαλή*. et supra cap. III. ep. 32. *κακὴ μερίς*.

105. Diogenes Cynicus post vitam virili spiritu transactam se apud inferos quoque stultos et improbos odio habere testatur. — v. 2. *γυμνήτην βίοτον*. ut miles expeditus, nec impedimentis onustus. — *βίον ἐκπονεῖν*, ut Pal. IX. 598. *χόσσους ἐξεπόνασεν εἰπ' ἀέθλους*. Ib. VII. 212. *ἐκπονεῖν δολιχὰν τρίβον*. — v. 4. *σαοφροσύνας*. vid. supra ad ep. 92.

106. Diogenes se nihil post se in terris reliquisse ait. Anacoluthos oratio, quum nominativi prioris distichi verbo careant. Digito Cynicum tibi finge illa instrumenta monstrantem. *διπλόον εἷμα*. *δίπλαξ*. ep. 111, 6. *ἔσθος διπλάδιον*. ep. 112, 4. — v. 4. *τόν με κύνα*. rarior positio pronominis post articulum. Sic tamen Callimach. Fr. CCCXV. *τὸν σὲ Κροτωνιάδην*.

107. *ΛΕΩΝΙΔΟΥ.*

Ἀΐδεω λυπηρὲ διήκονε, τοῦτ' Ἀχέροντος
ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ,
δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην.
ὄλπη μοι καὶ πήρη ἐφόλκια, καὶ τὸ παλαιὸν
ἔσθος, χὠ φθιμένους ναυστολέων ὀβολός.
πάνθ' ὅσα κὴν ζωοῖς ἐπεπάμεθα, ταῦτα παρ' Ἅιδαν
ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ.

108. *ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.*

Ἡ πήρη καὶ χλαῖνα καὶ ὕδατι πιληθεῖσα
μάζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη,
καὶ δέπας ἐκ κεράμοιο σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο
ἄρκια· κὴν τούτοις ἦν τι περισσότερον·
κοίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην
εἶπε· τί καὶ σέ μάτην, ὄστρακον, ἠχθοφόρουν;

109. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου· ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰών, Διόγενες, καθελεῖ·
μοῦνος γὰρ βιοτῆς αὐτάρκεα δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς, καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην.

107. Orci portitorem rogat Diogenes, ut ipsum cum exiguo impedimentorum suorum onere in cymbam recipiat. *κυανέην.* ferrugineam. Virgil. Aen. VI. 304. eadem *ὀκρυόεσσα* i. e. *φρικτή, φοβερά*, ut Orcus ipse *μυχὸς ὀκρυόεις* ap. Apoll. Rh. II. 737.

108. Historia de Diogene, qui quum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemtum e perula calicem, hac objurgatione sui: quamdiu homo stultus supervacuas sarcinulas habui? Seneca. Ep. XC. – v. 3. *μέτρα βίοιο.* hujus tam arctae supellectilis usu tamquam finibus omnis vitae ejus possessio circumscripta. Vulgaris oratio tulisset: *ταῦτα αὐτῷ εἰς βίον ἐδόκει ἀρκεῖν.*

109. Immortalem gloriam Diogeni auguratur, quod frugalitatis et continentiae disciplinam tradiderit, simulque facillimam vitae viam monstraverit. – v. 3. *αὐτάρκεα δόξαν.* *τὴν τῆς αὐταρκείας σοφίαν.* Initio epigrammatis in *χαλκός* respicitur ad *χαλκὸν ἀτειρέα* ap. Homerum. Cogitavit poeta de statuis aeneis,

110. *ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.*

Ἐλθὼν εἰς Ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας,
Διογένης ὁ κύων Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα,
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου,
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
εἶπεν· ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος· ὅσσα γὰρ εἶχον,
πάντα φέρω σὺν ἐμοί, Κροῖσε, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

111. *ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣ.*

Οὐχὶ βαθυστόλμων Ἱππαρχία ἔργα γυναικῶν,
τῶν δὲ Κυνῶν ἑλόμαν ῥωμαλέον βίοτον·
οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονήτιδες, οὐ βαθύπελμος
εὐμαρίς, οὐ λιπόων εὔαδε κεκρύφαλος·
θυλὰς δὲ σκήπωνι συνέμπορος, ἅ τε συνῳδὸς
δίπλαξ, καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος.
ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάῤῥων βίος ἦν Ἀταλάντας
τόσσον, ὅσον σοφίη κρέσσον ὀρειδρομίης.

112. *ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.*

Αἰάζει. πήρη τε καὶ Ἡράκλειον ἄριστον
βριθὺ Σινωπίτου Διογένευς ῥόπαλον,

CXI. 1. *βαθυστόλων.* Pal. quod in *βαθυστόλμων* mutavi. – v. 7. *κάῤῥων αμιν* (*αμι* marg.) *αταλάντας.* Pal. *κρέσσων βίος ἦν.* Plan.

quae, ut alia hujus generis monimenta et pondera, annorum ictu victa ruunt. Prop. III. 1. 62.

110. Diogenes apud inferos Croesum ridet, ut Menippus eundem ap. Lucianum Dial. Mort. II. – v. 5. *πλείων.* plus spatii occupo, nam omnes opes meas mecum habeo; tu nec auri tui nec terrarum quicquam tecum huc afferre potuisti.

111. In Hipparchiam, quae Cratetis Cynici amore incensa, maritique disciplinam amplexa, muliebris vitae negotia et ornamenta abjecit; in qua virili vita se vel Atalantam tanto existimabat superasse, quanto sapientia venandi studio praestantior esset. – v. 3. *περονήτιδες.* vestes fibulis subnexae. *ἐμπερόναμα καταπτυχές* est ap. Theocr. Eid. XV. 34. et *περονάματα* Ib. 79. *ἐπιπορπίς* Callimach. H. in Apoll. 32. – v. 6. *κοίτας χαμαιλεχέος. Σελλοὶ ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.* Il. *π.* 234.

112. In hominem improbum, qui se Cynicum haberi volebat, quamvis vita et ingenio a vera Cynicorum disciplina alienissimum. – v. 1. *Ἡράκλειον ῥόπαλον.* Herculem se aemulari dicit

καὶ τὸ χύδην ῥυπόεντι πίνῳ πεπαλαγμένον ἔσθος
 διπλάδιον, κρυερῶν ἀντίπαλον νιφάδων,
ὅττι τεοῖς ὤμοισι μιαίνεται· ἦ γὰρ ὁ μέν που
 οὐράνιος, σὺ δ' ἔφυς οὐν σποδιῇσι κύων.
ἀλλὰ μέθες, μέθες ὅπλα τὰ μὴ σέθεν· ἄλλο λεόντων,
 ἄλλο γενειητῶν ἔργον ὄρωρε τράγων.

113. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος· ἀλλ' ὅταν ἄστρων
 μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκέτ' ἐπιψαύω γαίης ποσίν, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
 Ζανὶ θεοτροφίης πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

114. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

εἰς εἰκόνα Πραξαγόρου ἰατροῦ.

Αὐτός σοι Φοίβοιο πάϊς λαθικηδέα τέχνης
 ἰδμοσύνην, πανάκῃ χεῖρα λιπηνάμενος,

Diogenes ap. Lucian. Vit. Auct. §. 8. *στρατεύομαι δὲ ὥςπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονάς – ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος.* Ibidem §. 7. *βίος* Cynicorum *αὐχμῶν*, ut v. 3. *χύδην ῥυπόεντι πίνῳ πεπαλαγμένον ἔσθος.* sordibus obductum. Il. ζ. 268. *αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον.* quo squalore tamquam ornatu gloriabantur interdum philosophi. Philostrat. Vit. Apoll. VI. 11. *ἀνυποδησία καὶ τρίβων, καὶ πήραν ἀνῆφθαι, κόσμου εὕρημα.* – v. 6. *οὐράνιος.* Diogen. Epist. *καλοῦμαι γὰρ ὁ κύων ὁ οὐρανοῦ, οὐχ ὁ γῆς.* – v. 8. *ὄρωρε.* Apoll. Rh. I. 713. *καλέειν νηὸς πρόμον ὅςτις ὄρωρεν.* i. e. *ἐστίν.* – *τράγων.* hirci stolida arrogantia pleni, ceterum stupidi et meticulosi. Facit huc distichon in Pal. XI. 430. *εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν, Καὶ τράγος εὐπώγων εὔστοχός ἐστι Πλάτων.*

113. Astrorum contemplatione mentem supra terrena attolli. Seneca Qu. Nat. I. 1. juvat inter sidera ipsa vagantem divitum pavimenta ridere, et totam cum auro suo terram. Hinc in Append. Pal. 92. p. 788. *ἡ σοφίη* dicitur *στίβον εὑρεῖν ἐς οὐρανόν.*

114. Praxagoram medicum, quem cum Chrysippo laudat Celsus Praef. p. 3. et Plin. H. N. XXVI. 6., artem ab ipso Aesculapio et ab hujus conjuge Epione accepisse; ut si plures ejusdem praestantiae essent medici, Charonti a labore cessandum esset. Similiter de Galeno Append. Pal. 270. *διὰ σεῖο, Γαληνέ, – χήρευεν τὰ μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος.* – v. 2. *χεῖρα λιπην.* sic Venus Berenicae venustatem impertit Theocrit. Eid. XVII. 36. *τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κώρα Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς*

Πρηξαγόρη, στέρνοις ἐνεμάξατο· τοιγὰρ ἀνίαι
ὄρνυνται δολιχῶν ὁππόσαι ἐκ πυρετῶν,
καὶ ὁπόσα τμηθέντος ἐπὶ χροὸς ἄρκια θεῖναι
φάρμακα, πρηείης οἶσθα παρ' Ἠπιόνης.
θνητοῖσιν δ' εἰ τοῖοι ἐπήρκεον ἰητῆρες,
οὐκ ἂν ἐπορθμεύθη νεκροβαρὴς ἄκατος.

ἐσεμάξατο χεῖρας. – v. 3. Verba sic junge: ὁππόσαι ἀνίαι ὄρνυνται (εἰσὶ), καὶ ὁπόσα φάρμακα ἄρκια – ταῦτα οἶσθα παρ' Ἠπιόνης. Colebatur Ἠπιόνη ap. Epidaurios. Pausan. II. p. 177. filiasque habebat praestantissimas, Ἰασώ, Πανάκειαν, Αἴγλην et Ὑγίειαν. Aristid. T. I. p. 46, 3.

CAPUT V.

E P Ω T I K A.

1. ΜΟΥΣΙΚΙΟΥ, οἱ δὲ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Ἁ Κύπρις Μούσαισι· κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
χαὶ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν· Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
ἀμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

2. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Νῖφε, χαλαζοβόλει, ποίει σκότος, αἶθε, κεραύνου,
πάντα τὰ πορφύροντ' ἐν χθονὶ σεῖε νέφη.
ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι· ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.
Ἕλκει γάρ μ' ὁ κρατῶν καὶ σοῦ θεός, ᾧ ποτε πεισθείς,
Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.

1. Veneris et Musarum diverbium, diva se a Musis coli jubente. – v. 2. Ἔρων, ἔρωτα. ut γέλων pro γέλωτα. Vid. Pierson. ad Moer. p. 108. Frequens est ἔρον apud epicos. – v. 3. Ἄρει. Marti tuo talia miniteris licet. Sic fere Theodorus ad tyrannum: Istis, quaeso, inquit, ista horribilia minitare, purpuratis tuis. Similis ellipsis est Pal. XI. 342. μή μοι τὴν κήλην. Aristoph. Nub. 84. μή μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον. Vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 686. – τὰ στωμύλα. ταῦτα τὰ κενὰ ἔπη, τὴν φλυαρίαν ταύτην. – v. 4. ἀμῖν. εἰς ἡμᾶς. nihil sibi juris in Musas esse ait Amor ap. Lucian. D. D. 19, 2. αἰδοῦμαι αὐτάς· σεμναὶ γάρ εἰσι καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους.

2. Poeta amans, ut alter Prometheus, se Jovis arma contemnere ait prae Amoris potentia. – v. 2. τὰ πορφύροντα νέφη ἔνσειε χθονί. atras nubes. Cogitandum de Jove νεφεληγερέτῃ. Od. μ. 405. δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων – ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς. – v. 3. ἢν γάρ. non prius a comissatione cessabo, quam si me interfeceris. Propert. III. 15, 9. hoc mihi, quod veteres custodit in ossibus ignes, Funera sanabunt – malum. – v. 4. verba καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα arcte cohaerent cum praecedentibus: licet etiam pejus in me consulueris. – v. 6. χρυσός. conversus in pretium Deus. Horatius. III. Od. 16,

3. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λύχνε, σὲ γὰρ παρεοῦσα τρὶς ὤμοσεν Ἡράκλεια
ἥξειν, κοὐχ ἥκει· λύχνε, σὺ δ', εἰ θεὸς εἶ,
τὴν δολίην ἀπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε.

4. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἶνος ἔρωτος ἔλεγχος· ἐρᾶν ἀρνεύμενον ἡμῖν
ἤτασαν αἱ πολλαὶ Νικαγόρην προπόσεις.
καὶ γὰρ ἐδάκρυσεν καὶ ἐνύστασε, καί τι κατηφὲς
ἔβλεπε, χὠ σφιγχθεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος.

5. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φείδῃ παρθενίης· καὶ τί πλέον; οὐ γὰρ ἐς Ἅιδην
ἐλθοῦσ' εὑρήσεις τὸν φιλέοντα, κόρη.

IV. 2. ἤτησαν ἐν πολλαῖς νικαγόρην πρόποσις. Pal. Scribi possit etiam: ἤτασεν ἡ πολλὴ Ν. πρόποσις.

9. χρυσὸς ἔδυς dictum, ut ap. Theocrit. Eid. XX. 41. ὦ Κρονίδα, διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης. Propert. II. 23, 20. denique ut ad Trojae tecta volarit avis.

3. Ad lucernam de puella perjura. – v. 2. λύχνε, σὺ δ' εἰ θεὸς εἶ. δέ ponitur, sermone subito ab alio ad alium converso. Pal. V. 202. Κύπρι φίλη, σὺ δὲ τῇδε πόροις νίκην. Aristoph. Pac. 250. ἰὼ Σικελία, καὶ σὺ δ' ὡς ἀπόλλυσαι. Callim. H. in Del. 197. Ἀστερίη φιλόμολπε, σὺ δ' Εὐβοίηθε κατῄεις. Vid. Porson. ad Eurip. Or. 614. – Lucernis autem numen quoddam tribuebat, et omina inde petebat veterum superstitio. Pal. VI. 333. Poeta ap. Plutarch. T. II. p. 513. F. Βακχὶς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὐδαίμων λύχνε· Καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτῃ δοκεῖς. – v. 4. ἀποσβεσθείς. Sic infra ep. 26. κοιμάσθω ὁ λύχνος. quo facto in coeco Venus corrumpitur motu; ut est ap. Propert. II. 12, 9.

4. Signa Amoris in compotatione data. – v. 2. ἤτασαν, pro ἐξήτασαν, ἤλεγξαν. humor et in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus. Horat. I. Od. XIII. 6. – v. 3. ἐνύστασε. caput demisit. – v. 4. χὠ σφιγχθείς. Cf. infra ep. 7, 3.

5. Ad puellam recusantem et delicias facientem. – v. 1. τί πλέον; ἕξεις scil. quid inde lucraberis? – ἐς Ἅιδην. sic ap. Theocrit. Eid. I. 62. caprarius pastorem ut sibi canat rogans: τὰν γὰρ ἀοιδὰν Οὔτι πα εἰς Ἀΐδαν γε

ἐν ζωοῖσι τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος· ἐν δ' Ἀχέροντι
ὀστέα καὶ σποδιή, παρθένε, κεισόμεθα.

6. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Οὕτως ὑπνώσαις, Κωνώπιον, ὡς ἐμὲ ποιεῖς
κοιμᾶσθαι ψυχροῖς τοῖσδε παρὰ προθύροις.
οὕτως ὑπνώσαις, ἀδικωτάτη, ὡς τὸν ἐραστὴν
κοιμίζεις· ἐλέου δ' οὐδ' ὄναρ ἠντίασας.
γείτονες οἰκτείρουσι· σὺ δ' οὐδ' ὄναρ. ἡ πολιὴ δὲ
αὐτίκ' ἀναμνήσει ταῦτά σε πάντα κόμη.

7. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν· ὡς ἀνιηρὸν
πνεῦμα διὰ στηθέων εἶδες ἀνηγάγετο;
τὸ τρίτον ἡνίκ' ἔπινε· τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
τἀνδρὸς ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.

VII. 4. ἀπὸ στομάτων. Pal. στεφάνων est ap. Athenaeum. Cf. ep. IV. 4.

τὸν ἐκλελαθόντα φυλάξεις. – v. 4. ὀστέα. vos cinis exiguus gelidaeque jacebitis umbrae. Ovid. Met. VIII. 496.

6. Amator excluens ad puellam. – v. 1. οὕτως. Propert. I. 3, 39. o utinam tales producas, improbe, noctes, Me miseram quales semper habere jubes. – v. 4. ἐλέου δ' οὐδ' ὄναρ ἠντίασας. Pal. VI. 28. τρομεροῦ γήραος ἀντιάσας. – οὐδ' ὄναρ. ne per somnium quidem; graviter negandi formula. Palat. V. 25. Ἔρως ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβον. Gregor. Naz. Carm. XIII. πλάζομαι οὐδὲν ἔχων οὐδ' ὄναρ ὧν ποθέω. – v. 4. ἡ πολιή. Propert. III. 23, 33. vellere tum cupies albos a stirpe capillos – Exclusa inque vicem fastus patiere superbos: Et quae fecisti, facta quereris anus.

7. Argumentum ut ep. 4. – v. 4. πάντ' ἐγένοντο χαμαί. folia arentes liquere corollas. Propert. II. El. 12, 51. In verbo γίνεσθαι motus est significatio. Il. δ. 382. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντ', ἠδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο, Ἀσωπὸν δ' ἵκοντο. Vid. ad Achill. Tat. p. 422. s. Hoc loco laudato ap. Athen. XV. p. 669. C. quaeritur: διὰ τί λέγονται τῶν ἐστεφανωμένων ἐὰν λύωνται οἱ στέφανοι, ὅτι ἐρῶσιν. Propert. II. 33, 36. Quum tua praependent demissae in pocula sertae – Largius effuso madeat tibi

ὤπτηται μέγα δή τι· μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

8. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὠγρευτὴς, Ἐπίκυδες, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
διφᾷ, καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος,
στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχρημένος. ἢν δέ τις εἴπῃ,
τῆ, τόδε βέβληται θηρίον· οὐκ ἔλαβεν.
χοὐμὸς ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται.

9. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτ' ἐκείνης
ἕξειν μήτε φίλον κρέσσονα, μήτε φίλην.
ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί· τῆς δὲ ταλαίνης
νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμός.

mensa Falerno. — v. 5. ὤπτηται. ὀπτευόμενον ἐξ Ἀφροδίτας. Theocr. Eid. VII. 55. — ἀπὸ ῥυσμοῦ. sensus esse debet: non vana specie deceptus sic conjicio; rarioris autem usus vocabulum, quod per σχῆμα et τύπος explicatur. Vid. Menag. ad Diog. Laert. IX. 74.

8. Hoc epigramma spectavit Horat. I. Serm. II. 105. leporem venator ut alta In nive sectatur, positum sic (οὕτως, ἄλλως) tangere nolit: Cantat et apponit: Meus est amor huic similis; nam Transvolat in medio posita et fugientia captat. — v. 3. κεχρημένος. pro: ἐν στίβῃ (πάχνῃ) καὶ νιφετῷ. manet sub Jove frigido venator. Horat. I. Od. I. 25. Verbum χρῆσθαι, sicut uti etiam, interdum de rebus molestis et adversis usurpatur. — v. 4. τῆ, τόδε. Od. ε. 346. τῆ δέ, τόδε κρήδεμνον ὑπὸ στέρνοιο τάνυσσαι. Pal. XIII. 7. τῆ, κέρας τοι δίδωμι. — Pronomen τόδε pro adverbio loci positum.

9. De perjuriis amantium. — v. 1. μήποτε. Hymn. Homer. in Mercur. 523. Apollo κατένευσε — μή τινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι, Μήτε θεόν, μήτ' ἄνδρα. — v. 4. μὴ δύνειν. τοὺς δὲ ὅρκους αὐτοί φατε μὴ προςπελάζειν τοῖς ὠσὶ τῶν θεῶν. Aristaen. II. 20. Tibull. I. 4, 21. nec jurare time: Veneris perjuria venti Irrita per terras et freta summa ferunt. ubi vid. Huschk. p. 115. — v. 5. ἀρσενικῷ. παιδός τινος ἔρωτι. Pal. XII. 86. ἄρσενα Ἔρως ἵμερον ἀνιοχεῖ. Ib. 87. δινεύεις στεροπὴν καύματος ἀρσενικοῦ. — v. 6. ὡς Μεγαρέων. ducta locutio ex oraculo Megarensibus dato, un-

10. ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Μή με δόκει πιθανοῖς ἀπατᾶν δάκρυσσι, Φιλαινί,
οἶδα, φιλεῖς γάρ ὅλως οὐδένα μεῖζον ἐμοῦ,
τοῦτον ὅσον παρ' ἐμοὶ κέκλισαι χρόνον· εἰ δ' ἕτερός σε
εἶχε, φιλεῖν ἂν ἔφης μεῖζον ἐκεῖνον ἐμοῦ.

11. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ἢ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Αὐτοὶ τὴν ἁπαλὴν Εἰρήνιον εἶδον Ἔρωτες,
Κύπριδος ἐκ χρυσέων ἐρχόμενοι θαλάμων,
ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος, οἷά τε λύγδου
γλυπτήν, παρθενίων βριθομένην χαρίτων.
καὶ πολλοὺς τότε χερσὶν ἐπ' ἠϊθέοισιν ὀϊστοὺς
τόξου πορφυρέης ἧκαν ἀφ' ἁρπεδόνης.

12. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Κηρύσσω τὸν Ἔρωτα, τὸν ἄγριον· ἄρτι γὰρ ἄρτι
ὀρθρινὸς ἐκ κοίτας ᾤχετ' ἀποπτάμενος.
ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς, ἀείλαλος, ὠκύς, ἀθαμβής,
σιμὰ γελῶν, πτερόεις νῶτα, φαρετροφόρος.

de Theocr. Eid. XIV. 48. ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί, Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτη ἐνὶ μοίρη. ubi vid. Schol. Vid. infra ep. 83, 4.

10. Ad puellam, quid de ejus obtestationibus statuat. – v. 1. δάκρυσσι. forma epica, ut νέκυσσι, γένυσσι, πίτυσσι.

11. In puellam formosam. – v. 1. εἶδον. cum emphasi dictum. Ipsos Amores Irenium respexisse (additur talibus interdum εὐμενεστέροις ὄμμασι, μὴ λοξά et similia) inde debet colligi, quod illecebrarum plenissima est. Nam venustorum deorum adspectus iis, quibus favent, venustatem conciliat. Similiter Pal. IX. 64. αὐταί ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι ἔδρακον. – v. 3. λύγδου. i. e. ὡς ἄγαλμα λύγδινον. Glycerae nitor Splendentis Pario marmore purius. Horat. 1. Od. 19, 6. – v. 5. ἐπί jungendum cum ἧκαν, ἐφῆκαν ἠϊθέοις πολλοὺς ὀϊστοὺς χερσίν. bene hic habere χερσίν, licet sequatur ἀπὸ τόξου ἁρπεδόνης, docent exempla ab Huschkio expromta ad Tibull. I. 3, 4. p. 74. s. – v. 6. πορφυρέης. pulchrae et splendidae, ut Amoris.

12. Amorem, tamquam servum fugitivum, publice poeta proclamat, forma moribusque ejus descriptis. Talis est proclamatio apud Moschum Eid. I. et in Luciani Fugitiv. §. 27. – v. 1. ὀρθρινός. initium affectus modo nascentis videtur significari, ut Pal. XII. 105. μικρὸς Ἔρως ἐκ ματρὸς ἔτ' εὐθήρατος ἀποπτάς. – v. 4. σιμὰ γελῶν. sic ep. 14, 3.

πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος· οὔτε γὰρ Αἰθήρ,
οὐ Χθὼν φησι τεκεῖν τὸν θρασύν, οὐ Πέλαγος·
πάντῃ γὰρ καὶ πᾶσιν ἀπέχθεται. ἀλλ' ἐσορᾶτε,
μή που νῦν ψυχαῖς ἄλλα τίθησι λίνα.
καίτοι κεῖνος, ἰδού, περὶ φωλεόν. οὔ με λέληθας,
τοξότα, Ζηνοφίλας ὄμμασι κρυπτόμενος.

13. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Πωλείσθω, καὶ ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισι καθεύδων·
πωλείσθω. τί δέ μοι τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν;
καὶ γὰρ σιμὸν ἔφυ καὶ ὑπόπτερον· ἄκρα δ' ὄνυξιν
κνίζει, καὶ κλαῖον πολλὰ μεταξὺ γελᾷ.
πρὸς δ' ἔτι λοιπὸν ἄτρεπτον, ἀείλαλον, ὀξὺ δεδορκός,
ἄγριον, οὐδ' αὐτῇ μητρὶ φίλῃ τιθασόν·
πάντα τέρας. τοίγαρ πεπράσεται. εἴ τις ἀπόπλους
ἔμπορος ὠνεῖσθαι παῖδα θέλει, προσίτω.
καίτοι λίσσετ', ἰδού, δεδακρυμένος. οὔ σ' ἔτι πωλῶ·
θάρσει· Ζηνοφίλᾳ σύντροφος ὧδε μένε.

XIII. 5. *πρὸς δ' ἔτι λῖρον* corrigit Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 253.

σιμὰ σεσηρὼς μυχθίζεις. – v. 5. *τίνος πατρός ἐστιν, οὐκ ἔχω φράζειν.* Etiam Plato Amoris patrem negat sciri. Sympos. p. 178. B. erant tamen, qui Coelo, alii, qui ex Chao natum dicerent. Schol. Apollon. Rhod. III. 26. Pausan. IX. 27. Rem incertam esse significat Theocr. Eid. XIII. 1. 2. – v. 9. *περὶ φωλεόν*, ut fera in lustro. – v. 10. *τοξότα.* productio ultimae syllabae, quam proxima littera postulabat, ob pausam neglecta. Cf. cap. II. 23, 5. *καὶ πάλι ζωστήρ.* In vulgata acquiescit etiam Huschk. ad Tibull. T. I. p. 30.

13. Amor, tamquam servus nequam, venum proponitur. – v. 2. *τί δέ μοι.* Pal. XII. 68. *τί δέ μοι τὸν ἐπουρανίων βασιλῆα Ἄνταθλον νίκης λαβεῖν.* Vid. Schaefer ad L. Bos. p. 598. s. – v. 5. *πρὸς δ' ἔτι λοιπόν.* abundantia in his verbis quaedam, familiaris sermonis negligentiae tribuenda. Similia sunt *μετὰ ταῦτα ὕστερον, ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι*, et alia nonnulla hujus generis. – v. 5. *ὀξὺ δεδορκός.* tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius. Horat. I. Serm. 3, 26. De vi participii *δεδορκώς* dixi ad Philostr. p. 602.

14. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ναὶ τὰν Κύπριν, Ἔρως, φλέξω τὰ σὰ πάντα πυρώσας,
τόξα τε καὶ Σκυθικὴν ἰοδόκον φαρέτρην.
φλέξω, ναί. τί μάταια γελᾷς, καὶ σιμὰ σεσηρὼς
μυχθίζεις; τάχα που σαρδάνιον γελάσεις.
ἦ γάρ σευ τὰ ποδηγὰ Πόθων ὠκύπτερα κόψας,
χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην.
καίτοι Καδμεῖον κράτος οἴσομεν, εἴ σε πάροικον
ψυχῇ συζεύξω, λύγκα παρ᾽ αἰπολίοις.
ἀλλ᾽ ἴθι, δυςνίκητε, λαβὼν δ᾽ ἔπι κοῦφα πέδιλα,
ἐκπέτασον ταχινὰς εἰς ἑτέρους πτέρυγας.

15. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τί ξένον, εἰ βροτολοιγὸς Ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πικρὰ γελᾷ;
οὐ μάτηρ στέργει μὲν Ἄρη, γαμέτις δὲ τέτυκται
Ἁφαίστου, κοινὰ καὶ πυρὶ καὶ ξίφεσιν;

XIV. 8. *λυγρά.* Codd. et editt. Plan, *λυγρά* etiam Pal. *θῆρα*. Br. ex conjectura. Leniore mutatione dedi *λύγκα*, quod etiam *λύγγα* scribitur.

14. Poenas et vincula Amori minatur. – v. 3, *σιμά.* ep. XII. 4. de risu malitioso. Theocr. Eid. XX. 13. *χείλεσι μυχθίζοισα – καί τι σεσαρὸς καὶ σοβαρόν μ᾽ ἐγέλαξεν.* – v. 4. *σαρδάνιον γελάσεις.* Od. υ. 301. *μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον μάλα τοῖον.* Append. ex Plan. 86. *γέλασόν με· τῷ δ᾽ εὔκηλος πεφύλαξο γίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.* – v. 5. epitheto a deo ad alas translato, *τὰ ὠκύπτερα* vocantur *ποδηγὰ Πόθων*, quia Amor, Cupidinum dux, *ποδηγός*, agmen praecedit. – v. 7. *Καδμεῖον κράτος.* paroemia de victoria victoribus ipsis perniciosa. Varias ejus caussas affert Zenob. in Prov. IV. 45. ubi vid. Schottus. – v. 8. *λύγκα παρ᾽ αἰπολίοις.* ovem lupo committerem. Terent. Eunuch. V. I. 16. – v. 9. *ἐπιλαβὼν δὲ πέδιλα.* praeter alas in humeris etiam talaria sume, ut Mercurius, quo celerius aufugias. – v. 10. *εἰς ἑτέρους.* alio trajice tela tua. Propert. II. 9, 18.

15. Morum et ingenii Amoris caussae explicantur. – v. 1. *βροτολοιγός.* Homericum Martis epitheton ab hoc ad Amorem translatum, qui et ipse ferus ardentes sagittas Cote cruenta acuit. Horat. II. Od. 8, 13. Propert. II. 9, 39. poeta Amores hortatur: Figite certantes, et hanc mihi solvite vitam, Sanguis erit vobis maxima palma meus. – v. 2. *πικρὰ γελᾷ.* ἐχθρῶς, *κακόν τι ἀπειλῶν.* Sic Venus ap. Theocr. Eid. I. 95. *ἦνθέ γε μὰν – Κύπρις γελάοισα, Λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ᾽ ἀνὰ θυ-*

ματρὸς δ' οὐ μάτηρ ἀνέμων μάστιξι Θάλασσα
τρηχὺ βοᾷ; γενέτας δ' οὔτε τίς, οὔτε τίνος.
τοὔνεκεν Ἁφαίστου μὲν ἔχει φλόγα, κύμασι δ' ὀργὰν
στέρξεν ἴσαν, Ἄρεως δ' αἱματόφυρτα βέλη.

16. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δεινὸς Ἔρως, δεινός. τί δὲ τὸ πλέον, ἢν πάλιν εἴπω,
καὶ πάλιν, οἰμώζων πολλάκι, δεινὸς Ἔρως;
ἦ γὰρ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ, καὶ πυκνὰ κακισθεὶς
ἥδεται· ἢν δ' εἴπω λοίδορα, καὶ τρέφεται.
θαῦμα δέ μοι, πῶς ἄρα διὰ γλαυκοῖο φανεῖσα
κύματος, ἐξ ὑγροῦ, Κύπρι, σὺ πῦρ τέτοκας.

17. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἰεί μοι δινεῖ μὲν ἐν οὔασιν ἦχος Ἔρωτος,
ὄμμα δὲ σῖγα Πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει.
οὐδ' ἡ νύξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν, ἀλλ' ὑπὸ φίλτρων
ἤδη που κραδίᾳ γνωστὸς ἔνεστι τύπος.

XV. 6. *οὔτε τις, οὔτε τινός.* Vulgo.
XVII. 1. *δύνει.* Vulgo, quod cum Hermanno emendavi.

μὸν ἔχοισα. – v. 5. *Θάλασσα.* Tibull. I. 2, 39. in minis: is sanguine natam, Is Venerem e rapido sentiet esse mari. – v. 6. *οὔτε τίς, οὔτε τίνος;* i. e paternum genus prorsus ignoratur; nam nec qui pater fuerit, nec quis avus, constat. – v. 8. *βέλη.* supple *ἔχει* ex praecedentibus, licet aliud verbum sit interpositum.

16. Etiam hoc de Amoris indole. – v. 1. *τί δὲ τὸ πλέον.* vid. supra ep. 5, 1. – v. 3. *κακισθείς.* contumeliis enim amoris flamma excitatur et augetur, ut infra ep. 74. *ὕβρις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.* et irae amantium amoris integratio, secundum Terentium. Propert. III. 8. 11. Quae mulier rabida jactat convicia lingua, et Veneris magnae volvitur ante pedes:– Non est certa fides, quam non injuria versat. – v. 6. Similiter de Amore ipso Pal. IX. 420. *ἐσβέσθη δὲ Οὐδὲ τότ' ἐν πολλῷ τικτόμενος πελάγει.*

17. Dies noctesque se Amoris flammis torqueri conqueritur. – v. 1. *δινεῖ, στρέφεται.* – v. 2. *φέρει.* tamquam munus *τοῖς Πόθοις* oblatum. – v. 3. *ἐκοίμισεν.* Pal. V. 215. *ἐμοὶ πόθον Ἡλιοδώρας κοίμισον.* – v. 4. *τύπος.* Amor in hominum pectore *ἐναπολείπει πυρίκαυτον ὕλην καὶ σημεῖα θερμά, καθάπερ οἱ κεραυνοὶ τυφόμενοι.* Plutarch. ap. Stob. Tit. LXII. p. 401. animique perturbationibus *ἴχνη τε καὶ μώλωπες ἀπολείπονται*

ὦ πτανοί, μὴ καί ποτ' ἐφίπτασθαι μέν, Ἔρωτες,
οἴδατ', ἀποπτῆναι δ' οὐδ' ὅσον ἰσχύετε;

18. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸ σκύφος ἡδὺ γέγηθε· λέγει δ' ὅτι τᾶς φιλέρωτος
Ζηνοφίλας ψαύει τοῦ λαλίου στόματος.
ὄλβιον· εἴθ' ὑπ' ἐμοῖς νῦν χείλεσι χείλεα θεῖσα
ἀπνευστὶ ψυχὰν τὰν ἐν ἐμοὶ προπίοι.

19. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄρθρε, τί μοι, δυςέραστε, ταχὺς περὶ κοῖτον ἐπέστης,
ἄρτι φίλας Δημοῦς χρωτὶ χλιαινομένῳ;
εἴθε πάλιν στρέψας ταχινὸν δρόμον Ἕσπερος εἴης,
ὦ γλυκὺ φῶς βάλλων εἰς ἐμὲ πικρότατον.
ἤδη γὰρ καὶ πρόσθεν ἐπ' Ἀλκμήνην Διὸς ἦλθες
ἀντίος· οὐκ ἀδαὴς ἐσσὶ παλινδρομίης.

XIX. 5. ἐπ' Ἀλκμήνῃ corrigit Reiskius; non enim ad Alcmenam, sed Alcmenae caussa cursum retro converterat.

ἐν τῇ ψυχῇ. Arrian. Dissert. II. 18. p. 277. Vid. Wyttenbach ad Plut. de S. N. V. p. 110. s. In Anacreonticis Od. LV. amantes statim agnosci dicuntur: ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν ψυχῆς ἔσω χάραγμα. – v. 5. μή. num fortasse. Hermann. ad Viger. p. 789. Thiersch. Gr. §. 300. 5. a. Particulis interrogativis καί additum majorem vim tribuit. – οὐδ' ὅσον. ne tantillum quidem. Pal. V. 139. πάντη με περιστείχουσιν Ἔρωτες, Οὐδ' (Fort. κοὐδ') ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον. Ib. 188. λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβολῶν.

18. Calici invidet, quod puellae labia tetigerit. – v. 3. ὑπό jungendum cum θεῖσα. – v. 4. ψυχάν. osculantibus enim anima in labiis sedet; quod animam labris deponere dicit Propert. I. 13, 17. Pal. V. 78. τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον. – ἀπνευστί. ut ἀμυστὶ πίνειν. uno haustu, sine respiratione. Athen. X. p. 431. B. ἀπνευστὶ ἐκπιών. Ib. p. 458. F. προςενέγκασθαι τὸ ποτήριον ἀπνευστί, et ἕλκειν ἀπνευστί.

19. Ad Luciferum praeter poetae vota citius exortum ipsiusque amplexus turbantem. – v. 1. δυςέραστε. amantibus infeste. – v. 3. Utinam cursu celeriter confecto ex Lucifero Hesperus fias! – v. 5. Διός. Jovi via conversa te obtulisti tum, quum ille in Alcmenae amplexibus tres noctes junxit.

20. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄρθρε, τί νῦν, δυςέραστε, βραδὺς περὶ κόσμον ἑλίσσῃ,
ἄλλος ἐπεὶ Δημοῦς θάλπεθ' ὑπὸ χλανίδι;
ἀλλ' ὅτε τὰν ῥαδινὰν κόλποις ἔχον, ὠκὺς ἐπέστης,
ὡς βάλλων ἐπ' ἐμοὶ φῶς ἐπιχαιρέκακον.

21. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἤδη λευκόϊον θάλλει, θάλλει δὲ φίλομβρος
νάρκισσος, θάλλει δ' οὐρεσίφοιτα κρίνα.
ἤδη δ', ἡ φιλέραστος, ἐν ἄνθεσιν ὥριμον ἄνθος,
Ζηνοφίλα, Πειθοῦς ἡδὺ τέθηλε ῥόδον.
λειμῶνες, τί μάταια κόμαις ἔπι φαιδρὰ γελᾶτε;
ἁ γὰρ παῖς κρέσσων ἀδυπνόων στεφάνων.

22. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἁδὺ μέλος, ναὶ Πᾶνα τὸν Ἀρκάδα, πηκτίδι μέλπεις,
Ζηνοφίλα, λίαν ἁδὺ κρέκεις σὺ μέλος.
ποῖ σε φύγω; πάντη με περιστείχουσιν Ἔρωτες,
οὐ δ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.

XXII. 2. λιγίαν. Pal. quod cum **Schneidero** emendavimus. – v. 4. οὐδ' ὅσον. Pal. Fuisse puto: κοὐδ' ὅσον. De οὐδ' ὅσον vide ad ep. 17. Adde Apoll. Rh. I. 290. τὸ μὲν οὐδ' ὅσον οὐδ' ἐν ὀνείροις Ὠϊσάμην. Ib. 482. οἷς οὐδ' ὅσον ἰσοφαρίζεις Ἠνορέην. Lucian. Mors Peregrin. §. 25. οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες.

20. Lucifero tarditatem exprobrat. – v. 2. θάλπεθ' ὑπὸ χλανίδι. Theocr. Eid. XVIII. 19. Ζανός τοι θυγάτηρ ὑπὸ τὰν μίαν ὤχετο χλαῖναν. Ovid. I. Amor. 4, 47. saepe mihi dominaeque meae properata voluptas Veste sub injecta dulce peregit opus.

21. Puellae suavitatem omnium veris florum amoenitati praeferendam esse. – v. 2. οὐρεσίφοιτα. ἐν οὔρεσιν οἰκοῦντα, ut est ap. Philostr. Imagg. I. 9. p. 16, 4. pro θάλλοντα. Simili audacia cap. IX. 27, 24. ποίην χιλῷ εὐαλδέϊ χλωρὰ θέουσαν. – v. 3. ἡ φιλ. Ζηνοφ. nominativus pro vocativo. Haec puella flos inter flores; ὥριμον, ὡραῖον. Πειθοῦς. Vid. ad cap. IV. ep. 13, 1. Anacr. Od. LIII. Himerius Or. 1. 19. in nuptias: Ἔρωτες ῥόδων στεφάνους πλεξάμενοι – τὴν παστάδα πᾶσαν ἀνάπτουσι. Πειθὼ δὲ καὶ Πόθοι καὶ Ἵμερος τὸ σὸν κάλλος ἅπαν ἐνείμαντο. – v. 5. κόμαις ἔπι. τοῖς ἄνθεσι. – φαιδρὰ γελᾶν de jucundo prati adspectu florumque splendore.

22. Aestum amoris describit, quo puellam lyra canentem audiens inflammetur. – v. 3. οὐ δ' ὅσον. si sana lectio, verba sic debent conjungi: οὐκ ἐῶσι δὲ βαιὸν χρόνον ὅσον ἀμπνεῦσαι

ἢ γάρ μοι μορφὰ βάλλει πόθον, ἢ πάλι μοῦσα,
ἢ χάρις, ἢ … τί λέγω; πάντα· πυρὶ φλέγομαι.

23. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὀξυβόαι κώνωπες, ἀναιδέες, αἵματος ἀνδρῶν
σίφωνες, νυκτὸς κνώδαλα διπτέρυγα,
βαιὸν Ζηνοφίλαν, λίτομαι, πάρεθ' ἥσυχον ὕπνον
εὕδειν, τἀμὰ δ', ἰδού, σαρκοφαγεῖτε μέλη.
καίτοι πρὸς τί μάτην αὐδῶ; καὶ θῆρες ἄτεγκτοι
τέρπονται τρυφερῷ χρωτὶ χλιαινόμενοι.
ἀλλ' ἔτι νῦν προλέγω, κακὰ θρέμματα, λήγετε τόλμης,
ἢ γνώσεσθε χερῶν ζηλοτύπων δύναμιν.

24. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σφαιριστὰν τὸν Ἔρωτα τρέφω· σοὶ δ', Ἡλιοδώρα,
βάλλει τὰν ἐν ἐμοὶ παλλομέναν κραδίαν.
ἀλλ' ἄγε συμπαίκταν δέξαι Πόθον· εἰ δ' ἀπὸ σεῦ με
ῥίψαις, οὐκ οἴσω τὰν ἀπάλαιστρον ὕβριν.

25. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Λίσσομ', Ἔρως, τὸν ἄγρυπνον ἐμοὶ πόθον Ἡλιοδώρας
κοίμισον, αἰδεσθεὶς Μοῦσαν ἐμὴν ἱκέτιν.

(μόνον). ut ἐᾶν sit pro λείπειν. Sed vid. var. lect. – v. 5. τί λέγω; quid multa? cur singula recenseam?

23. Ad culices, ut puellam requiescere sinant. – v. 2 κνώδαλα. Nicander. Ther. 760. κνώδαλα φαλαίνῃ ἐναλίγκια. ubi Schol. κνώδαλα τὰ μικρὰ ζῶα ἐνταῦθα λέγει. – οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον τὰ κνώδαλα κυρίως ἐπὶ τῶν θαλαττίων τάττουσιν. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τοῦ χερσαίου, ὁ δὲ Νίκανδρος νῦν ἐπὶ τοῦ πτηνοῦ. Vid. Ilgen. ad Hymn. Homer. in Mercur. v. 187. s. p. 413. ss. – v. 5. καὶ θῆρες. Lucian. de Musca §. 10. morsus ejus, ait, οὐκ ἀγριότητος, ἀλλ' ἔρωτός ἐστι σημεῖον καὶ φιλανθρωπίας. ὡς γὰρ δυνατὸν ἀπολαύει, καὶ τοῦ κάλλους τι ἀπανθίζεται.

24. Mutuum sibi a puella amorem exoptans, Amorem suum cum pilae lusore comparat, pro pila corde utente. – v. 2. παλλομέναν. cor prae amore subsultans. Commode delectum vocabulum, quod etiam de pila (πάλλη) usurpatur. – v. 4. ἀπάλαιστρον. secundum palaestrae leges is, ad quem mittebatur pila, eam debebat remittere; projiciens eam lusumque recusans, alterius contemtum significabat. Talem ὕβριν, a palaestrae usu abhorrentem, poeta deprecatur.

25. Amorem per Musas rogat, ut sibi tandem parcat, nimis ad-

καὶ γὰρ δὴ τὰ σὰ τόξα, τὰ μὴ δεδιδαγμένα βάλλειν
ἄλλον, ἀεὶ δ' ἐπ' ἐμοὶ πτηνὰ χέοντα βέλη,
εἰ καί με κτείναις, λείψω φωνὴν προϊέντα
γράμματ'· Ἔρωτος ὅρα, ξεῖνε, μιαιφονίην.

26. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἓν τόδε, παμμήτειρα θεῶν, λίτομαί σε, φίλη Νύξ,
ναὶ λίτομαι, κώμων σύμπλανε, πότνια Νύξ,
εἴ τις ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας
θάλπεται, ὑπναπάτῃ χρωτὶ χλιαινόμενος,
κοιμάσθω μὲν λύχνος· ὁ δ' ἐν κόλποισιν ἐκείνης
ῥιπτασθεὶς κείσθω δεύτερος Ἐνδυμίων.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπέ, πάλιν, πάλιν, Ἡλιοδώρας,
εἰπέ, σὺν ἀκρήτῳ τὸ γλυκὺ μίσγ' ὄνομα.
καί μοι τὸν βρεχθέντα μύροις καὶ χθιζὸν ἐόντα,
μναμόσυνον κείνας, ἀμφιτίθει στέφανον.

jectis, si precibus suis non obtemperet. – v. 5. εἰ καί με κτείναις. Similiter ap. Theocr. Eid. I. 103. Δάφνις κεἰν ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. Ib. Eid. XXIII. 47. amans moriturus cippo suo insculpi jubet: τοῦτον Ἔρως ἔκτεινε, ὁδοιπόρε. nec aliter Lygdamus apud Tibullum III. 2, 29. hoc sibi epitaphium scribit: dolor huic et cura Neaerae, Conjugis ereptae, caussa perire fuit.

26. Optat, ut puellae suae, alium amplexu foventi, lucerna exstincta, et amante alto sopore oppresso, fructus amoris pereat. – v. 3. ὑπὸ χλαίνῃ. vide supra ad ep. 20. hoc vesticontubernium facere dixit Petron. c. 11. – v. 5. κοιμάσθω. Vid. supra ep. 3. – v. 6. Ἐνδυμίων. qui ap. Theocritum Eid. III. 49. dicitur ἄτροπον ὕπνον ἰαύειν.

27. Absentis puellae memoriam in compotatione recolit. – v. 2. μίσγ' ὄνομα. nomen puellae desideratae, inter potandum pronuntiatum. Theocr. XIV. 18. ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον Ὠτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ὤτινος εἰπεῖν. ubi vid. Schol. – v. 3. βρεχθέντα μύροις. Pal. V. 200. οἱ μύροισιν ἔτι πνέοντες στέφανοι. Coronas unguentum, quo Heliodorae crines delibuti fuerant, adhuc redolere putat (quamquam eas interdum etiam unguento imbutas fuisse constat); iisdem de hesterna compotatione ab eadem relictis caput sibi cingi jubet. Propert. II. 34, 59. Me juvet hesternis positum languere corollis, Quem tetigit jactu certus ad ossa deus.

δακρύει φιλέραστον, ἰδού, ῥόδον, οὕνεκα κείναν
ἄλλοθι, κού κόλποις ἡμετέροις ἐσορᾷ.

28. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἔγχει τᾶς Πειθοῦς καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας,
καὶ πάλι τᾶς αὐτᾶς ἀδυλόγου Χάριτος.
αὐτὰ γὰρ μί' ἐμοὶ γράφεται θεός, ἇς τὸ ποθεινὸν
οὔνομ' ἐν ἀκρήτῳ συγκεράσας πίομαι.

29. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πλέξω λευκόϊον, πλέξω δ' ἁπαλὴν ἅμα μύρτοις
νάρκισσον, πλέξω καὶ τὰ γελῶντα κρίνα,
πλέξω καὶ κρόκον ἡδύν· ἐπιπλέξω δ' ὑάκινθον
πορφυρέην, πλέξω καὶ φιλέραστα ῥόδα,
ὡς ἂν ἐπὶ κροτάφοις μυροβοστρύχου Ἡλιοδώρας
εὐπλόκαμον χαίτην ἀνθοβολῇ στέφανος.

30. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄστρα, καὶ ἡ φιλέρωσι καλὸν φαίνουσα Σελήνη,
καὶ Νύξ, καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον,

28. Heliodora triplex dea, quum et Veneris sit instar, et Gratiae, et Suadae, quae ipsa est una Gratiarum. Cogitavit poeta de illo apotheoseos genere, quod attigimus ad Inscr. Triop. II. 6.

29. Pulcherrimos flores poeta in coronam nectit, quae crines Heliodorae unguentis delibutos ornet. In ἀνθοβολῇ cogitandum de honore φυλλοβολίας, quem non homines solum, sed natura ipsa sponte sua diis hominibusque colendis praestabat. De Fauno Horat. III. Od. 18, 14. spargit agrestes tibi silva frondes. ubi vid. Mitscherl.

30. Poeta in comissatione, incertus, num puellam exspectantem et vigilantem sit inventurus, an cum alio cubantem, coronam, lacrimis suis madefactam, ad postes figit. Clearchus apud Athen. XV. p. 670. D. στεφανοῦσι τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας, ἤτοι τιμῆς χάριν, καθάπερεὶ τινος θεοῦ τὰ πρόθυρα· ἢ οὐ τοῖς ἐρωμένοις, ἀλλὰ τῷ Ἔρωτι ποιούμενοι τὴν τῶν στεφάνων ἀνάθεσιν. – v. 1. καλὸν φαίνουσα. Theocr. Eid. II. 10. ἀλλά, Σελάνα, φαῖνε καλόν. Similiter ap. Bion. XVI. Hesperus κῶμον ἄγοντι, amans amanti, lumen ministrat. – v. 2. ὀργάνιον. ti-

ἆρά γε τὴν φιλάσωτον ἔτ' ἐν κοίταισιν ἀθρήσω
ἄγρυπνον, λύχνῳ πόλλ' ἀποδυρομένην;
ἢ τιν' ἔχει σύγκοιτον; ἐπὶ προθύροισι μαράνας
δάκρυσιν ἐνδήσω τοὺς ἱκέτας στεφάνους,
ἓν τόδ' ἐπιγράψας· Κύπρι, σοὶ Μελέαγρος, ὁ μύστης
σῶν κώμων, στοργῆς σκῦλα τάδ' ἐκρέμασεν.

31. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Οἶδ' ὅτι μοι κενὸς ὅρκος, ἐπεί σέ γε τὴν φιλάσωτον
μηνύει μυρόπνους ἀρτιβρεχὴς πλόκαμος.
μηνύει ἄγρυπνον μέν, ἰδού, βεβαρημένον ὄμμα,
καὶ σφιγκτὸς στεφάνων ἀμφὶ κόμαισι μίτος.

XXX. 4. *ἀποδαομένην.* Pal. *ἀποκλαομένην* mallet Huschke. – v. 5. sententiarum hiatus ut tollatur, Graefius, interrogandi signo post *σύγκοιτον* deleto et ad finem epigrammatis remoto, corrigit: *ἐπὶ προθύροις δὲ μαράνας* –. Probabilis correctio.

XXXI. 3. aut in *ἄγρυπνον* prior syllaba corripitur, aut in *μηνύει* media. Prius ob hiatum ferri non potest; alterum non placet, quum superiore versu *μηνῦει* sit. Quare vide an fuerit: *μηνύει ὁ μυρόπνους* – articulo ante *μ* producto. Vid. Not. cr. ad Palat. p. 279. Tum *μηνύει* in utroque versu pro dactylo habendum.

bia, ut videtur. – v. 4. *ἀποδυρομένην.* ad lucernam conquesta, quod sola sit relicta. Apulej. Met. p. 213. multumque cum lucerna secreto collocuta. Mulierem cum lucerna loquentem suasque cum ea res communicantem habemus in Aristoph. Ecclesiaz. initio. Cf. supra ep. 3. – v. 5. *ἢ τιν' ἔχει.* si rivalis cum puella cubat, non intrabit poeta, sed, corona in limine relicta, abibit. Durior, ut mihi videtur, sententiarum nexus. – *μαράνας.* *τοὺς τοῖς ἐμοῖς δάκρυσι μαρανθέντας στεφάνους.* – v. 7. *μύστης σῶν κώμων.* sine peculiari respectu ad comissationem *κῶμος* h. l. sacra Veneris significat; quae dea quum, ut alia numina, mysteria sua habeat, *μύστης κώμων* Veneris is est, qui his mysteriis initiatus deam cultu et honore prosequitur. – v. 8. *σκῦλα.* coronam, quam sibi de capite detractam tamquam amoris sui documentum deponit.

31. Puellam convivio et comissatione noctem cum alio transegisse, quamvis negantem, certis signis arguit. – v. 3. *μηνύει ἄγρυπνον.* te noctem vigilasse, docet oculus somno et hesterna crapula gravis, ut Seneca loquitur Epist. 121. –

ἔσκυλται δ' ἀκόλαστα πεφυρμένος ἄρτι κίκιννος,
πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς.
ἔῤῥε, γύναι πάγκοινε· καλεῖ σε γὰρ ἡ φιλόκωμος
πηκτίς, καὶ κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος.

32. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἑξήκοντα τελεῖ Χαριτὼ λυκαβαντίδας ὥρας·
ἀλλ' ἔτι κυανέων σύρμα μένει πλοκάμων,
κὴν στέρνοις ἔτι κεῖνα τὰ λύγδινα κώνια μαστῶν
ἔστηκεν, μίτρης γυμνὰ περιδρομάδος,
καὶ χροὶς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθὼ
πᾶσαν, ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων.
ἀλλὰ πόθους ὀργῶντας ὅσοι μὴ φεύγετ' ἐρασταί,
δεῦρ' ἴτε, τῆς ἐτέων ληθόμενοι δεκάδος.

33. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νυκτερινή, δίκερως, φιλοπάννυχε, φαῖνε, Σελήνη,
φαῖνε, δι' εὐτρήτων βαλλομένη θυρίδων·

XXXII. 5. Passovius legendum esse suspicatur: ἔτι πειθὼ πᾶσαν ἀποστάζει, μυριάδας χαρίτων. Probabiliter, quum in marg. Pal. legatur: γρ. ἀπὸ στάζει. — v. 7. πόθους ὀργῶντας ὅσοι μὴ φλέγετ' ἐρασταί. Pal. φεύγετ' emendavit Salmasius.

v. 5. ἔσκυλται πεφυρμένος. ἔσκυλται καὶ πέφυρται. Pal. V. 259. ὄμματά σευ βαρύθουσι, πόθου κνείοντα — ἔσκυλται δὲ κόμη — καὶ δέμας ἐκλέλυται. ἀκόλαστα. manibus ἀκολάστοις tractatae. Cf. infra ep. 71. Tibull. I. 10, 53. Veneris tunc bella calent, scissosque capillos Femina perfractas conqueriturque fores. — v. 6. σαλευτά. Pal. XI. 26. ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον. — v. 8. κροτάλων. Virgil. in Copa v. 2. crispum sub crotalo docta movere latus. ubi vid. Ilgen.

32. In vetulam sexagenariam, sed adhuc formosam. — v. 2. κυαν. σύρμα. capillus longus. — v. 4. γυμνά. i. e. ἄνευ μίτρας. peculiari sua firmitate sustenta, sine fasciae ope. — v. 5. πειθὼ πᾶσαν. omnes amoris illecebras et invitamenta. — v. 6. μυριάδας χαρίτων. Musaeus 63. οἱ δὲ παλαιοὶ τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι· εἷς δέ τις Ἡροῦς ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει. Pal. XII. 181. Nicetas L. III. 218. τρεῖς φησι τὰς Χάριτας, ἀλλ' ὁ σός, κόρη, Ὀφθαλμὸς εἰς Χάριτας αὐχεῖ μυρίας. — v. 7. πόθους ὀργῶντας. pro πόθον γυναικὸς ὀργώσης, lascivientis et prurientis vetulae amores. — v. 8. τῆς ἐτέων δεκάδος. τοῦ γήρως, τῶν πολλῶν ἐτῶν. aetatis per plura jam annorum lustra productae. Infra ep. 81. τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.

33. Lunam Philodemus rogat, ut puellam, quam amplexu te-

αὔγαζε χρυσέην Καλλίστιον ἐς τὰ φιλεύντων
ἔργα κατοπτεύειν οὐ φθόνος ἀθανάτῃ.
ὀλβίζεις καὶ τήνδε καὶ ἡμέας, οἶδα, Σελήνη·
καὶ γὰρ σὴν ψυχὴν ἔφλεγεν Ἐνδυμίων.

34. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔπω σοι καλύκων γυμνὸν θέρος, οὐδὲ μελαίνει
βότρυς ὁ παρθενίους πρωτοβολῶν χάριτας.
ἀλλ' ἤδη θοὰ τόξα νέοι θήγουσιν Ἔρωτες,
Λυσιδίκη, καὶ πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον.
φεύγωμεν δυςέρωτες, ἕως βέλος οὐκ ἐπὶ νευρῇ·
μάντις ἐγὼ μεγάλης αὐτίκα πυρκαϊῆς.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ νυκτὸς μεσάτης τὸν ἐμὸν κλέψασα σύνευνον
ἦλθον, καὶ πυκινῇ τεγγομένη ψακάδι.

net, Venerisque furta lumine suo illustret. – v. 3. *ἐς τὰ φιλεύντων ἔργα.* quod mortalibus nefas, tu, diva, impune facias licet. Parcite luminibus, seu vir, seu femina fias Obvia: celari vult sua furta Venus. Tibull. I. 2, 35. – v. 5. *ἡμέας, ἐμέ.* Leander in Ovid. Epist. XVIII. 61. ad Lunam: faveas, dea candida, dixi; Et subeant animo Latmia saxa tuo. Non sinat Endymion te pectoris esse severi. Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.

34. De puella immatura adhuc, sed jam multis illecebris ad amorem invitante. – v. 1. *καλύκων γυμνόν.* De puella primum loquitur ut de rosae flore, qui nondum totus e calyculo erupit, necdum decerpi debeat; unde *θέρος*; deinde eandem comparat cum uva, nondum matura, nec nigricante. Verba *βότρυς – χάριτας* sic accipe, quasi dictum esset: *ὁ βότρυς ὁ τῶν παρθενίων χαρίτων.* Puellares autem hae veneres nunc primum efflorescere dicuntur, *πρωτοβολῶν.* Pal. VII. 217. *ἥβης ἄνθος πρωτοβόλου.* – v. 3. *θοὰ τόξα.* ipsae sagittae sunt. Homerus, Eustathio monente, *τόξον* nomine complectitur *καὶ τοὺς ὀϊστούς, καὶ ὅλως πᾶσαν τοξικὴν σκευωρίαν.* – *θήγουσιν.* Amor semper ardentes acuit sagittas Cote cruenta. Horat. II. Od. 8, 15. – v. 4. *καὶ πῦρ τύφεται ἐγκρύφιον.* Lysidicae veneres pro flammarum habendae materia, quae jam intus aluntur, veneribus illis vixdum germinantibus; sed mox in magnum incendium erupturae sunt. Verbum *τύφεσθαι* de clandestinis ignibus, amoris imprimis, frequens. Pal. XI. 41. *πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίῃ.* Ib. XII. 63. *τοῦ δὲ πόθοις τυφόμενον γλυκὺ πῦρ.*

35. Mulier, quae clam marito nocte intempesta ad amantem venerat, de torpentis iner-

τοὔνεκ᾽ ἐν ἀπρήκτοισι καθήμεθα, κοὐχὶ λαλεῦντες
εὕδομεν, ὡς εὕδειν τοῖς φιλέουσι θέμις;

36. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μικκὴ καὶ μελανεῦσα Φιλαίνιον, ἀλλὰ σελίνων
οὐλοτέρη, καὶ μνοῦ χρῶτα τερεινοτέρη,
καὶ κεστοῦ φωνεῦσα μαγώτερα, καὶ παρέχουσα
πάντα, καὶ αἰτῆσαι πολλάκι φειδομένη.
τοιαύτην στέργοιμι Φιλαίνιον, ἄχρις ἂν εὕρω
ἄλλην, ὦ χρυσέη Κύπρι, τελειοτέρην.

37. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

„Γιγνώσκω, χαρίεσσα, φιλεῖν πάνυ τὸν φιλέοντα,
καὶ πάλι γιγνώσκω τόν με δακόντα δακεῖν·

tia conqueritur. – v. 3. ἐν ἀπρήκτοισι. ἄπρακτοι. ut ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι pro ἀσφαλεῖς. et similia. Propert. II. 12, 5. Illa meos somno lapsos patefecit ocellos Ore suo, et dixit: siccine lente (ἄπρακτος καὶ νωθρός) jaces? – v. 3. τοὔνεκα. num me nocti et pluviae objeci propterea, ut nihil ageremus, nec verbis jucundis, ut par erat amantes facere, tempus falleremus?

36. Puellae, quam deperit, mores et ingenium describit, seque eam tam bene moratam amaturum esse pollicetur, donec meliorem aliquam invenerit. – v. 1. σελίνων οὐλοτέρη. Theocrit. Eid. XX. 23. χαῖται δ᾽ οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο. – v. 2. μνοῦ. de plumis proprie, tum de quavis re eximie molli. – v. 3. κεστοῦ φωνεῦσα μαγώτερα. sermo ejus plures habet illecebras, quam Veneris cestus complectitur, in quo quidem ὀαριστὺς πάρφασις, ἥτ᾽ ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Il. ξ. 216. Ad verborum illecebras referenda quoque verba Aristaeneti I. 1. p. 6. de Laide: ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαί, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες. Ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος. ἴδοις ἂν τὴν Πειθὼ τοῖς πορφυρείοις αὐτῆς χείλεσιν ἐπικαθημένην. Τῶν Χαρίτων πάντως ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. – v. 3. παρέχ. πάντα. Pal. V. 243. πείθεταί μοι ξύμπαντα. – v. 4. πολλάκι junge cum αἰτῆσαι. mercedem poscebat illa, sed non saepe.

37. Puellae admonitiones et minas in memoriam revocat, quibus non obtemperans amantem perdiderat. – v. 1. φιλεῖν πάνυ. Pal. XII. 103. οἶδα φιλεῖν φιλέοντας· ἐπίσταμαι, ἤν μ᾽ ἀδικῇ τις, Μισεῖν. Alterum de se praedicabat etiam Archilochus Fragm. LXVIII. ἓν δ᾽ ἐπίσταμαι μέγα, Τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Et hoc boni civis esse existimabatur, τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ᾽ ἐχθροὺς κακῶς. Vid. Stallb. ad Platon. Phi-

μή λύπει με, λίην στέργοντά σε, μηδ' ἐρεθίζειν
 τὰς βαρυοργήτους σοι θέλε Πιερίδας."
τοῦτ' ἐβόων αἰεὶ καὶ προὔλεγον· ἀλλ' ἴσα πόντῳ
 Ἰονίῳ μύθων ἔκλυες ἡμετέρων.
τοιγὰρ νῦν σὺ μὲν ὧδε μέγα κλαίουσα βαΰζοις·
 ἡμεῖς δ' ἐν κόλποις ἥμεθα Ναϊάδος.

38. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠράσθην· τίς δ' οὐχί; κεκώμακα· τίς δ' ἀμύητος
 κώμων; ἀλλ' ἐμάνην. ἐκ τίνος; οὐχὶ θεοῦ;
ἐῤῥίφθω· πολιὴ γὰρ ἐπείγεται ἀντὶ μελαίνης
 θρὶξ ἤδη, συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης.
καὶ παίζειν ὅτε καιρός, ἐπαίξαμεν· ἡνίκα καὶ νῦν
 οὐκέτι, λωϊτέρης φροντίδος ἁψόμεθα.

39. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠράσθην Δημοῦς Παφίης γένος· οὐ μέγα θαῦμα·
 καὶ Σαμίης Δημοῦς δεύτερον· οὐχὶ μέγα·
καὶ πάλιν αὖτ' Ἰακῆς Δημοῦς τρίτον· οὐκέτι ταῦτα
 παίγνια· καὶ Δημοῦς τέτρατον Ἀργολίδος.

XXXIX. 3. καὶ πάλιν ὑτιακῆς. Pal. Ἀσιακῆς. Alii. Ὑσσιακῆς. Boissonad. ad Nicet. p. 53. Equidem dedi, quod nonnisi una

leb. c. 110. p. 154. – v. 5. ἴσα πόντῳ. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος Κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων. Eurip. Med. 28. – v. 7. βαΰζοις. nunc tu per me solitudinem tuam deplora. βαΰζειν. ὑλακτεῖν. Hesych. Aeschyl. Pers. 13. Asia νέον ἄνδρα βαΰζει. – v. 8. ἐν κόλποις ἥμεθα. Tibull. I. 9, 79. tunc flebis, quum me vinctum puer alter habebit, Et geret in gremio regna superba suo.

38. Juveniles errores suos excusans, nunc aetate provectior ad frugem se rediturum pollicetur. – v. 1. ἀμύητος κώμων. Vid. supra ad ep. 30, 7. – v. 2. οὐχὶ θεοῦ. deo autem non obtemperare nefas. – v. 3. ἐῤῥίφθω. ἡ μανία sc. quod ex ἐμάνην assumendum. – v. 5. καὶ νῦν. referendum ad praecedens καί. Tum junge: καὶ νῦν ἡνίκα οὐκέτι καιρός.

39. Philodemus nominis sui caussam reddit, quod sibi quasi fatale esset puellas Demus

αὗται που Μοῖραί με κατωνόμασαν Φιλόδημον,
ὡς αἰεὶ Δημοῦς θερμὸς ἔχοι με πόθος.

40. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ἢ μᾶλλον ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Ἡ κομψή, μεῖνόν με· τί σοι καλὸν οὔνομα; ποῦ σε
ἔστιν ἰδεῖν; ὃ θέλεις δώσομεν· οὐδὲ λαλεῖς.
ποῦ γίνῃ; πέμψω μετὰ σοῦ τινα. μή τις ἔχει σε;
ὦ σοβαρή, ὑγίαιν'. οὐδ' ὑγίαινε λέγεις;
καὶ πάλι, καὶ πάλι σοὶ προςελεύσομαι· οἶδα μαλάσσειν
καὶ σοῦ σκληροτέρας· νῦν δ' ὑγίαινε, γύναι.

41. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Κῆν ῥίψῃς ἐπὶ λαιά, καὶ ἢν ἐπὶ δεξιὰ ῥίψῃς,
Κριναγόρη, κενεοῦ σαυτὸν ὕπερθε λέχους,
εἰ μή σοι χαρίεσσα παρακλίνοιτο Γέμελλα,
γνώσῃ κοιμηθεὶς οὐχ ὕπνον, ἀλλὰ κόπον.

littera a lectione membranarum discrepat. – v. 6. ἔχοι. Pal. ἔχει. Plan. et hoc mallet Boisson. l. c., ut ὡς explicandi vim habeat: nam me semper Demus tenet desiderium.

nomine appellatas amare. – v. 5. Μοῖραι. de Protesilao Ausonius Ep. XX. 4. Protesilae, tibi nomen sic Fata dederunt, Victima quod Trojae prima futurus eras. Sic etiam in suo nomine ludens Meleager XII. 165. se pueros amare narrat, alterum nigricantem, candidum alterum, idque sibi quodammodo fatale esse: οἱ γὰρ Ἔρωτες Πλέξαι μ' ἐκ λευκοῦ φασί τε κἀκ μέλανος.

40. Puellam obviam sibi factam poeta verbis pellicit, nihil tamen ab ea responsi referens. – v. 3. πέμψω. mittam qui domum tuam tacentis exploret. In simili colloquio Pal. V. 46. ποῦ γίνῃ; πέμψω. – v. 6. νῦν δ' ὑγίαινε. ambigue fortasse dictum, ut in notissima historia de Menecrate medico ap. Plutarch. T. II. p. 123. A.

41. Queritur poeta, quod per puellae absentiam noctem insomnem transigat: semper enim vacuos nox sobria torquet amantes. Propert. III. 15, 11. – v. 1. κῆν ῥίψῃς ἐπὶ λαιά. Propert. II. 3, 60. quoties desertus amaras Explevi noctes, fractus utroque toro. – v. 3. εἰ μή σοι παρακλίνοιτο. pro vulgari: Γεμέλλης σοι μὴ παρακλινομένης. Sic εἰ cum optativo habetur, sequente indicativo futuri, supra nr. 24. εἰ δ' ἀπὸ σεῦ με ῥίψαις, οὐκ οἴσω τὴν ἀπάλαιστρον ὕβριν. et ep. 25. εἰ καί με κτείναις, λείψω φωνὴν προϊέντα γράμμα α.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δειλαίη, τί σε πρῶτον ἔπος, τί δὲ δεύτατον εἴπω;
δειλαίη· τοῦτ' ἐν παντὶ κακῷ ἔτυμον.
οἴχεαι, ὦ χαρίεσσα γύναι, καὶ ἐς εἴδεος ὥρην
ἄκρα, καὶ εἰς ψυχῆς ἦθος ἐνεγκαμένη.
Πρώτη σοί γ' ὄνομ' ἔσκεν ἐπίτυμον· ἦν γὰρ ἅπαντα
δεύτερ' ἀμιμήτων τῶν ἐπὶ σοὶ χαρίτων.

43. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.
ἀλλ' ἡ μὲν ψευδής, κενὰ δ' ὅρκια· τῷ δ' ἐφυλάχθη
ἵμερος· ἡ δὲ θεῶν οὐ φανερὴ δύναμις.
θρήνους, ὦ Ὑμέναιε, παρὰ κληῖσιν ἀκούσαις
Ἀρσινόης, παστῷ μεμψαμένους προδότῃ.

44. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ πιθανή μ' ἔτρωσεν Ἀριστονόη, φίλ' Ἄδωνι,
κοψαμένη τῇ σῇ στήθεα πὰρ καλύβῃ.

XLII. 4. ἄκρα. mallem addito articulo: τἄκρα. . . ἐνεγκαμένη.

42. In mulierem, merito Πρώτην appellatam, sed immatura morte exstinctam. - v. 1. δεύτατον, ὕστατον. - v. 3. ἄκρα. et forma et ingenio praeter omnes reliquas conspicua. - v. 6 δεύτερα. Pal. V. 170. Ἔρωτος δεύτερα πάντα. - τῶν ἐπὶ σοί. i. e. τῶν σῶν χαρίτων.

43. Dirae in Arsinoën, perjuram Sosipatri amicam. - v. 1. ὅρκον ἀνεθήκαμεν. ἀνατιθέναι proprie de donariis dicitur, quae diis offeruntur, tum etiam de aliis rebus, quae referuntur ad deos, ut h. l. de jurejurando, cui Amor testis et arbiter assumtus. In Ἔρωτι postrema elisa, quod in dativo, ut minus frequens, ita non sine exemplo est. Vid. Boeckh. ad Pindar. T. I. 2. p. 394. Durior appositio ὅρκος ὁ θέμενος post accusativum ὅρκον κοινόν. Sic Il. ζ. 395. Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος, Ἠετίων, ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ - Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων. Od. α. 50. νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης· Νῆσος δενδρήεσσα. - v. 4. οὐ φανερὴ δύναμις. Ovid. III. Amor. 3, 1. Esse deos, i crede! Fidem jurata fefellit: Et facies illi, quae fuit ante, manet. - Falsum jurare puellis Di quoque concedunt. Cf. Horat. II. Od. 8. - v. 5. θρήνους. non carmina, vocesque bene auspicatas (quales ad novae nuptae thalamum, παρὰ κληῖσιν, ad januam, edi solebant), sed lamentationes, futura novis maritis mala praesagientes.

44. De puella in festo Adonidis inter plangentes eum mulieres visa. - v. 2. κοψαμένη. pe-

εἰ δώσει ταύτην καὶ ἐμοὶ χάριν, ἣν ἀποπνεύσω,
μὴ πρόφασις, σύμπλουν σύμμε λαβὼν ἀπάγου.

45. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ὄρθρος ἔβη, Χρύσιλλα, πάλαι δ' ἠῷος ἀλέκτωρ
κηρύσσων φθονερὴν Ἠριγένειαν ἄγει.
ὀρνίθων ἔρροις φθονερώτατος, ὅς με διώκεις
οἴκοθεν εἰς πολλοὺς ἠϊθέων ὀάρους.
γηράσκεις, Τιθωνέ· τί γὰρ σὴν εὐνέτιν Ἠῶ
οὕτως ὀρθριδίην ἤλασας ἐκ λεχέων;

46. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χρύσεος ἦν γενεή, καὶ χάλκεος, ἀργυρέη τε
πρόσθεν· παντοίη δ' ἡ Κυθέρεια τὰ νῦν.
καὶ χρυσοῦν τίει, καὶ χάλκεον ἄνδρ' ἐφίλησεν,
καὶ τοὺς ἀργυρέους οὔ ποτ' ἀποστρέφεται.

ctora sibi palmis percutiens, quod in illa solemnitate fiebat, Venere sic jubente: luctus monumenta manebunt semper, Adoni, mei: repetitaque mortis imago Annua plangoris (κοπετοῦ) peraget simulamina nostri. Ovid. Met. X. 725. ss. Jacebat enim Adonidis simulacrum in pergula (ἐν καλύβῃ. vid. Ilgen ad Copam p. 44. s.) in thalami speciem exornata, mulieribus circa planctum edentibus. Plutarch. Vit. Alcib. c. 18. εἴδωλα – προὔκειντο ταῖς γυναιξί, καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, καὶ θρήνους ᾖδον. Rem exposuit Gruber in Lex. mythol. T. I. p. 59. ss. Groddeck antiquar. Abhandl. p. 96 ss. Verbum κόπτεσθαι in hac re proprium. Aristoph. Lys. 395. ἡ γυνὴ Κόπτεσθ' Ἄδωνίν φησιν. – v. 4. σύμμε. pro σύν με, pro σὺν ἐμέ, ut πρός με et pauca hujus generis alia.

45. Argumentum quale supra ep. 19. – v. 1. πάλαι etiam de tempore paulo ante elapso. – v. 4. εἰς ἠϊθέων ὀάρους. Antipatrum rhetorem fuisse aut grammaticum hinc intelligitur, qui pueris erudiendis operam dabat. Sic fere Ovid. I. Amor. 13, 17. de Aurora: Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris. – v. 6. ἤλασας. eodem loco ap. Ovidium Aurora Tithonum, quia grandior aevo, mane relinquere dicitur, his additis: cur tibi plector amans, si vir tibi marcet ab annis?

46. Meretricum avaritiam tria aevi saecula confundere. Epigrammatis idea nata videtur ex epitheto Veneri ab Homero tributo, χρυσέη Ἀφροδίτη, quod diverso, quam ab epico fuit positum, sensu acceptum effecit, ut etiam de ἀργυρέᾳ et χαλκέᾳ Venere cogitaretur. – v. 3. χρυσοῦν ἄνδρα. de bene nummato

Νέστωρ ἡ Παφίη. δοκέω δ' ὅτι καὶ Δανάῃ Ζεὺς
οὐ χρυσός, χρυσοῦς δ' ἦλθε φέρων ἑκατόν.

47. *ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.*

Ἠράσθης πλουτῶν, Σωσίκρατες· ἀλλὰ πένης ὢν
οὐκέτ' ἐρᾷς· λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
ἡ δὲ πάρος σε καλεῦσα μύρον καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν
Μηνοφίλα, νῦν σου τοὔνομα πυνθάνεται·
Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις; ἦ μόλις ἔγνως
τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος.

48. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Ἔγχει Λυσιδίκης κυάθους δέκα, τῆς δὲ ποθεινῆς
Εὐφράντης ἕνα μοι, λάτρι, δίδου κύαθον.
φήσεις Λυσιδίκην με φιλεῖν πλέον· οὐ μὰ τὸν ἡδὺν
Βάκχον, ὃν ἐν ταύτῃ λαβροποτῶ κύλικι.
ἀλλά μοι Εὐφράντη μία πρὸς δέκα· καὶ γὰρ ἀπείρους
ἀστέρας ἓν μήνης φέγγος ὑπερτίθεται.

accipe, quum alibi sit bene moratus, quales fuerunt sacculi aurei homines. *χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.* Theocrit. Eid. XII. 16. – v. 5. *Νέστωρ.* Jam igitur Nestori, qui tria saecula vivendo expleverat, similis Venus. – *Δανάῃ.* in eundem modum fabula de Danae a pluribus accepta. Ovid. III. Amor. 8, 30. Jupiter admonitus, nihil esse potentius auro, Corruptae pretium virginis ipse fuit. Cf. Horat. III. Od. 16, 7.

47. Paupertas efficacissimum amoris remedium secundum Cratetis praeceptum: *Ἔρωτα παύει λιμός.* Cf. Pal. XII. 150. – v. 3. *μύρον.* Bion. Eid. I. 78. *τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.* – Nomen Adonidis inter blanditias. Lucian. Dial. Meretr. VII. *καθεύδεις μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου.* Machon apud Athen. XIII. p. 580. E. *Ἰδοῦσ' ἔφηβον ἡ Γνάθαιν' ἰσχνὸν πάνυ – καὶ λιπαρόν – ἔσκωπτεν εἰς Ἄδωνιν.* – v. 5. *τίς, πόθεν.* versus Homericus Od. *α.* 170. de hominibus obscuris et humili loco natis usurpari solebat. Sic Antigonus Bionem philosophum, *διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ*, illis verbis allocutus esse dicitur ap. Stobae. Tit. LXXXIV. p. 493, responsum ferens philosopho et sapiente viro dignissimum. – v. 6. *τοῦτ' ἔπος.* intellexisti jam verum esse, quod vulgo dicitur: *ὡς οὐδεὶς κ. τ. λ.* Theognis 621. *πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν.*

48. Verba poetae ad pincernam. *ἔγχει Λυσιδίκης.* Vid. supra ep. XXVIII. – v. 3. *ὑπερτίθεται.* *ὑπερβάλλει.* rarior verbi usus in hac significatione.

49. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἔσθ' οὗτος ἔρως, εἴ τις καλὸν εἶδος ἔχουσαν
βούλετ' ἔχειν, φρονίμοις ὄμμασι πειθόμενος·
ἀλλ' ὅςτις κακόμορφον ἰδών, πεφορημένος ἰοῖς
στέργει, μαινομένης ἐκ φρενὸς αἰθόμενος.
οὗτος ἔρως, πῦρ τοῦτο· τὰ γὰρ καλὰ πάντας ὁμοίως
τέρπει, τοὺς κρίνειν εἶδος ἐπισταμένους.

50. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μήνη χρυσόκερως δέρκῃ τάδε, καὶ πυριλαμπεῖς
ἀστέρες, οὓς κόλποις Ὠκεανὸς δέχεται,
ὥς γε μόνον προλιποῦσα μυρόπνοος ᾤχετ' Ἀρίστη,
ἑκταίην δ' εὑρεῖν τὴν μάγον οὐ δύναμαι.
ἀλλ' ἔμπης αὐτὴν ζητήσομεν· ἢ δ' ἐπιπέμψω
Κύπριδος ἰχνευτὰς ἀργυρέους σκύλακας.

51. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.

Λουσάμενοι, Προδίκη, πυκασώμεθα, καὶ τὸν ἄκρατον
ἕλκωμεν, κύλικας μείζονας αἰρόμενοι.

XLIX. 3. πεφορημένος ἰοῖς. Pal. οἴστρῳ. Plan, quod fortasse verius.

L. 5. ἢν ἐπιπέμψω. Pal.

49. Verum amorem non in formosis, sed in deformium puellarum desiderio conspici. – v. 2. ὄμμασι. oculorum judicium secutus. – v. 3. πεφορ. ἰοῖς. amoris spiculis confossus, et inde in furorem abreptus. Pal. VII. 223. ὀρχηστρὶς – λωτῷ κερόεντι φορουμένη. Christodori Ecphr. 349. νόος δέ οἱ ἔνθα καὶ ἔνθα ἐξ ἀδύτων πεφόρητο.

50. Puellam latentem et frustra quaesitam pretio investigare statuit. – v. 4. ἑκταίην. post sex dies. – τὴν μάγον. veneficam, ob vim animo amantis adhibitam. Cf. supra ep. 36, 3. Agath. Prooem. 71. πόθων ὅτε λύσσαν ἑλοῦσα Παρθενικὴ δολόεσσα μάγον κίνησεν ἀνάγκην. – v. 5. ἀλλ' ἔμπης. non tamen defatigabor quaerendo. – v. 6. ἀργυρέους σκύλακας. χρύσειοι καὶ ἀργύρεοι κύνες, Vulcani arte facti, ad portam domus Alcinoi custodiam agebant Od. η. 91. nostro loco autem argentum cusum intelligitur, puellae e lustro, in quo latebat, eliciendae adhibitum.

51. Puellam hortatur, ut brevis ad fruendum concessi temporis memor sit. – v. 1. λουσάμενοι, balneum, quo mirifice oblectabantur veteres, coenam solebat praecedere. – πυκασώμεθα. στεφάνοις sc. Pal. XI. 19. καὶ πίε νῦν – καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα. – v. 2. μείζονας. capaciores affer huc,

βαιὸς ὁ χαιρόντων ἐστὶν βίος· εἶτα τὰ λοιπὰ
γῆρας κωλύσει, καὶ τὸ τέλος θάνατος.

52. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ᾽ αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου,
αὐταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμεναι;
τίς πλοκάμους Μελίτης εὐώδεας, ἢ πυρόεντα
ὄμματα, καὶ δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται;
ποῦ πλάσται; ποῦ δ᾽ εἰσὶ λιθοξόοι; ἔπρεπε τοίῃ
μορφῇ νηὸν ἔχειν, ὡς μακάρων ξοάνῳ.

53. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δουλίδας ἐκλεγόμεσθα,
οἱ μὴ τοῖς σπαταλοῖς κλέμμασι τερπόμενοι.
ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρου, σοβαρόν τε φρύαγμα,
καὶ μέχρι κινδύνου ἑσπομένη σύνοδος.
ταῖς δὲ χάρις καὶ χρὼς ἴδιος, καὶ λέκτρον ἑτοῖμον,
δώροις ἐν σπαταλοῖς οὐκ ἀλεγιζόμενον.

LIII. 4. molestus hiatus, quem tollas *κινδύνων* scribens; nisi forte vitium est in *ἑσπομένῃ*. – v. 6. *ἐκ σπατάλοις.* Pal. *ἐκ σπατάλης.* Br. cum Cod. Medic. *ἐν σπατάλοις* corr. Boissonad. ad

puer, scyphos. Horat. Epod. IX. 33. – v. 3. *τὰ λοιπά.* Tibull. I. 1, 69. jungamus amores. Jam veniet tenebris Mors adoperta caput. Jam subrepet iners aetas, nec amare decebit.

52. Formam puellae ab illustri aliquo veterum sculptore repraesentari cupit, ut in templo ponatur colenda. – v. 2. *τέχναις.* artis suae operibus. – v. 4. *δειρῆς φέγγος.* candidam cervicem. Horat. III. Od. 9, 2. – v. 5. *πλάσται.* *χαλκοπλάσται* videntur intelligi, aeris fundendi artifices, qui etiam *χαλκουργοί.* Vid. Welcker. ad Philostr. Imagg. p. 195. s. Ceterum similiter juvenis de puella amata ap. Plaut. Poenul. V. 4, 101. o Apolla, o Zeuxis pictor, Cur numero estis mortui? hinc exemplum ut pingeretis.

53. A sobrii judicii hominibus sincerum et tutum servarum amorem matronarum amplexibus praeferri. Idem argumentum tractavit Horat. I. Serm. II. 37. usque ad fin. – v. 2. *σπαταλοῖς κλέμμασι.* pretiosis furtis, clandestina Venere, unde laboris Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus. Horat. l. c. 78. Infra ep. 55, 6. *σπαταλῶν παλλακίδων.* – v. 5. *χάρις.* opponitur *τῷ φρυάγματι*, amabilis facilitas fastui et superbiae. – *χρὼς ἴδιος*, οὐ πεπλασμένος, οὐδὲ νόθοις χρώμασι κεκαλλωπισμένος.

μιμοῦμαι Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέος, ὃς προέκρινεν
Ἑρμιόνης ἀλόχου τὴν λάτριν Ἀνδρομάχην.

54. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Νῦν μοι χαῖρε λέγεις, ὅτε σου τὸ πρόςωπον ἀπῆλθεν
κεῖνο, τὸ τῆς λύγδου, βάσκανε, λειότερον.
νῦν μοι προςπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου,
τὰς ἐπὶ τοῖς σοβαροῖς αὐχέσι πλαζομένας.
μηκέτι μοι, μετέωρε, προςέρχεο, μηδὲ συνάντα·
ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι.

55. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποῦ σοι κεῖνα, Μέλισσα, τὰ χρύσεα καὶ περίοπτα
τῆς πολυθρυλλήτου κάλλεα φαντασίης;

Nicet. p. 61. Sed insolens est medium ἀλεγίζεσθαι, nec novi exemplum locutionis ἀλέγειν ἔν τινι. Quare vitium esse suspicor in verbis οὐκ ἀλεγιζόμενον. Fortasse: δώροις ἐν σπαταλοῖς οὐκ ἀγλαϊζόμενον.

De meretrice Horat. I. c. 83. addc hnc, quod mercem sine fucis gestat, aperte Quod venale habet ostendit. ubi paulo post parabilem commendat Venerem facilemque v. 119. ut Noster ἑτοῖμον λέκτρον. – v. 7. μιμοῦμαι. Ovid. II. Amor. VIII. 11. Thessalus ancillae facie Briseïdos arsit: Serva Mycenaeo Phoebas amata duci. Cf. Horat. II. Od. 4.

54. Incertum, num in puellam senescentem sit scriptum, an in puerum expletum. – v. 1. τὸ πρόςωπον ἀπῆλθεν. ἠφανίσθη τὸ τοῦ προςώπου κάλλος. – v. 3. προςπαίζεις. ultro me verbis pellicis, sponte alloquendo, suaviter jocando. Alciphr. III. Ep. 5. χρηστῶς ἠσπάσατο – καὶ μικρὰ προςπαίξας. Ib. Ep. 65. προςπαῖσαί τε γλαφυρὸς καὶ λαλῆσαι στωμύλος. – ἠφάνικας. si de puero agitur, compares Horat. Od. IV. 10, 3. Ligurinum, delicias suas, venturae aetatis admonentem, quum – quae nunc humeris involitant, deciderint comae. Ephebi enim capillos deponebant. Quod si de puella agitur, comam ei excidisse, canosve supervenisse puta. – v. 5. μετέωρε, ὑπερήφανε. – v. 6. τὴν βάτον. Simili imagine utitur Aristaenet. II. Ep. 1. ad puellam: οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν· δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρῶναις τὴν ὥραν τρυγᾶν. μετ' ὀλίγον γὰρ ἔσῃ γεράνδρυον.

55. In meretricem senescentem et ab amantibus relictam. – v. 1. ποῦ σοι. quo fugit Venus? heu, quove color? decens quo motus? Horat. IV. Od. 13, 17. – v. 2. φαντασίης. φαντασία species adscita, quae novis praesertim et elegantibus vestium formis conciliatur. Joann. Chrysost. Tom. VII. p. 61. C. καὶ

ποῦ δ' ὀφρύες, καὶ γαῦρα φρονήματα, καὶ μέγας αὐχὴν,
καὶ σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη;
νῦν πενιχρή, ψαφαρή τε κόμη, παρὰ ποσσὶ παχεῖα·
ταῦτα τὰ τῶν σπαταλῶν τέρματα παλλακίδων.

56. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ ἔλεγον, Προδίκη, γηράσκομεν; οὐ προεφώνουν,
ἥξουσιν ταχέως αἱ διαλυσίφιλοι;
νῦν ῥυτίδες, καὶ θρὶξ πολιή, καὶ σῶμα ῥακῶδες,
καὶ στόμα τὰς προτέρας οὐκέτ' ἔχον χάριτας.

LV. 5. παρὰ ποσσὶ τραχεῖα. Pal. κόμη τ' ἐπὶ ποσσὶ βραχεῖα. Br. τραχεῖα lenissima mutatione emendavi, παχεῖα scribens. Iis, quae in commentario attuli, adde quod παχύκνημοι est inter convicia formae ap. Aristoph. Plut. 560. nec certe, quod poeta dixit ap. Plutarch. T. II. p. 1101. F. παχυσκελὴς ἀλετρὶς πρὸς μύλην κινουμένη, in laudem dictum. In nostro autem loco fortasse rectius legatur: περὶ ποσσὶ παχεῖα.

γέρων ὢν πολλάκις οὐκ αἰσχύνῃ νεωτερικαῖς φαντασίαις ἐπιμαινόμενος. De sumtuoso apparatu Athen. V. p. 212. C. de Athenione: θαυμάζοντες, εἰ ὁ παρέγγραφος Ἀθηνίων εἰς Ἀθήνας ἐπ' ἀργυρόποδος κατακομίζεται φορείου καὶ πορφυρῶν στρωμάτων – οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. Vid. imprimis Suicer. Thes. eccles. T. II. p. 1414. s. – v. 4. ταρσῶν. crura σοβαρὰ ob auri ornatum crura ambientem. – v. 5. ψαφαρή. αὐχμηρά. Tibull. I. 9, 13. Jam mihi persolvet poenas, pulvisque decorem detrahet, et ventis horrida facta coma. Uretur facies, urentur sole capilli. Mendicus ψαφαρόχρουν κάρα πολυπινές τ' ἔχων. Auctor Rhesi. 715. – παρὰ ποσσὶ παχεῖα. hoc imprimis turpe et foedum adspectu femur tumentibus Exile suris. additum. Horat. Epod. VIII. 9. Poeta, quem Archilochum fuisse non dubito, ap. Schol. Aristoph. Av. 1619. de meretrice: παρὰ σφυρὸν παχεῖα. Idem ap. Suid. in μυσάχνη meretricem corpus vulgantem inter alia παχεῖαν appellavit. Vid. Liebel. in ejus Reliqq. p. 245. et 246. Fragm. CLXI. et CLXVI.

56. Argumentum ut in superiore epigr. – v. 1. οὐκ ἔλεγον. dicebam tibi, Galla, senescimus. Auson. Ep. XIII. De formula οὐκ ἔλεγον, dicebam, usurpata illa de admonitionibus, surdis auribus acceptis, sed quarum veritatem tempus arguit, vide Burmann. ad Propert. p. 98. – v. 2. αἱ διαλυσίφιλοι. αἱ πολιαὶ αἷς ἡ φιλία διαλύεται. Talia vaticinatur suae Ovidius II. A. A. 117. et tibi jam cani venient, formosa, capilli: Jam venient rugae, quae tibi corpus arent. i. e. σῶμα θήσουσι ῥακῶδές, et postremum

μήτις σοί, μετέωρε, προςέρχεται, ἢ κολακεύων
λίσσεται; ὡς δὲ τάφον νῦν σε παρερχόμεθα.

57. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Σοί με λάτριν γλυκύδωρος Ἔρως παρέδωκε, Βοῶπι,
ταῦρον ὑποζεύξας εἰς πόθον αὐτόμολον,
αὐτοθελῆ, πάνδουλον, ἑκούσιον, αὐτοκέλευστον,
αἰτήσοντα πικρὴν μήποτ' ἐλευθερίην,
ἄχρι, φίλη, πολιῆς καὶ γήραος· ὄμμα βάλοι δὲ
μήποτ' ἐφ' ἡμετέραις ἐλπίσι βασκανίη.

58. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τίς γυμνὴν οὕτω σε καὶ ἐξέβαλεν καὶ ἔδειρεν;
τίς ψυχὴν λιθίνην εἶχε, καὶ οὐκ ἔβλεπεν;

LVII. 5. ἄχρι φίλης πολιῆς. Pal. quod si sic accipias, ut poeta dicat se non solum puellae canis ab ejus amore abstractum iri, sed hos canos etiam amaturum esse, (ad quam explicationem abutaris licet verbis Propertii II. 18, 17. de Aurora: cum sene non pudnit talem dormire puellam, Et canae toties oscula ferre comae.) acumen habiturus sis nive frigidius. Quare non dubitavi corrigere: ἄχρι, φίλη, πολιῆς. Sic ep. 105, 2. olim φιλίης erat pro φιλίη.

ῥάκος efficient. – v. 5. Ipsa vides, quanta circa te solitudo sit. Num est qui te precibus adeat, aut verbis blandiatur? Nemo est. Omnes te, ut tui ipsius bustum praeterimus. Sic Timon de assentatoribus suis: ὥςπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν ὑπὸ τοῦ χρόνου ανατετραμμένην παρέρχονται. Lucian. Tim. §. 5.

57. Puellae Boopidis jugo se ultro submittit, perpetuum ei promittens servitium. – v. 2. ταῦρον. nata allegoria ex nomine Βοῶπις; nihil autem in ea est humile, nec quod offendere possit; quod vix monerem, nisi scirem nonnullos ad Horat. Od. II. 5. in eadem comparatione offendisse. – v. 5. ἄχρι, φίλη, πολιῆς. at me ab amore tuo deducet nulla senectus, sive ego Tithonus, sive ego Nestor ero. Propert. II. 19, 45. – v. 6. βασκανίη. invidorum enim oculis vitae quibus fruimur bona deteri et imminui existimantur. Vid. ad Virgil. Ecl. III. 103.

58. Moechae a marito deprehensae et domo ejectae salubre datur consilium. – v. 1. ἔδειρεν, πληγαῖς sc. – v. 2. λιθίνην. ah, lapis est ferrumque, suam quicunque puellam verberat. Tibull. I. 10, 59. – οὐκ ἔβλεπεν. Achill. Tat. V. 26. p. 129. ἐπὶ τοῦτο τὸ πρόσωπον πληγαὶ κατενέχθησαν, ὦ θεοί· δοκῶ, τυφλὸς Θέρσανδρος

μοιχὸν ἴσως ηὕρηκεν, ἀκαίρως κεῖνος ἐςελθών·
γινόμενον· πᾶσαι τοῦτο ποιοῦσι, τέκνον.
πλὴν ἀπὸ νῦν, ὅταν ἐστὶν ἔσω, κεῖνος δ' ὅταν ἔξω,
τὸ πρόθυρον σφήνου, μὴ πάλι ταὐτὸ πάθῃς.

59. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκβάλλει γυμνήν τις, ἐὰν εὕρῃ ποτὲ μοιχόν,
ὡς μὴ μοιχεύσας, ὡς ἀπὸ Πυθαγόρου.
εἶτα, τέκνον, κλαίουσα καταδρύψεις τὸ πρόςωπον,
καὶ παραριγώσεις μαινομένου προθύροις;
ἔκμαξαι, μὴ κλαῖε, τέκνον· χεὑρήσομεν ἄλλον,
τὸν μὴ καὶ τὸ βλέπειν εἰδότα καὶ τὸ δέρειν.

60. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εὐκαίρως μονάσασαν ἰδὼν Προδίκην, ἱκέτευον,
καὶ τῶν ἀμβροσίων ἁψάμενος γονάτων,
Σῶσον, ἔφην, ἄνθρωπον ἀπολλύμενον παρὰ μικρόν,
καὶ φεῦγον ζωῆς πνεῦμα σύ μοι χάρισαι.

LVIII. 5. ὅταν ἐστὶν ἔσω. levi negotio soloecismum sustuleris legens: ὅταν ᾖ τις ἔσω.

LIX. 6. τόν μήκετι τό. Pal. μηκέτι τὸν τὸ. Plan.

ήν. — v. 4. γινόμενον. hoc solet fieri; res est non infrequens. Hoc vocabulum in talem similemque sensum acceptum illustravit Wyttenbach, ad Eunap. p. 326. — v. 5. ὅταν ἐστὶν ἔσω. ὁ μοιχός scil. Indicativum sequioris aevi poetae interdum cum ὅταν, ἐάν, ὁπόταν conjunxerunt. Vid. not. cr. ad Anth. Pal. p. 571. Fortasse tamen h. l. lectio corrupta.

59. In eodem argumento versatur. — v. 2. ὡς ἀπὸ Πυθαγόρου. et ipse Pythagoras a mulieribus abstinebat (vid. Diog. Laert. VIII. 19.), et magis etiam serioris aevi Pythagorei. Res nota vel exemplo Apollonii Tyanensis. Vid. Philostr. I. 13. p. 15. — v. 4. παραριγώσεις. Eoo gelu et frigida aura vexata in mariti limine, ut est ap. Propert. I. 16, 24. — v. 5. ἔκμαξαι, τὰ δάκρυα sc. — v. 6. τὸ βλέπειν, τὰ σὰ πλημμελήματα. indulgentem igitur illi optat maritum et ad uxoris flagitia conniventem, qualem Juvenal. describit I. Sat. 56.

60. Poeta quum puellam supplici prece ad lacrimas concitasset, et se jam voti damnatum iri existimaret, a lacrimante domo ejectus est. — v. 4. id quod mihi

ταῦτα λέγοντος, ἔκλαυσεν· ἀποψήσασα δὲ δάκρυ,
ταῖς τρυφεραῖς ἡμᾶς χερσὶν ὑπεξέβαλεν.

61. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δαίμονες, οὐκ ᾔδειν, ὅτι λούεται ἡ Κυθέρεια,
χερσὶ καταυχενίους λυσαμένη πλοκάμους.
ἱλήκοις, δέσποινα, καὶ ὄμμασιν ἡμετέροισιν
μήποτε μηνίσῃς, θεῖον ἰδοῦσι τύπον.
νῦν ἔγνων· Ῥοδόκλεια, καὶ οὐ Κύπρις. εἶτα τὸ κάλλος
τοῦτο πόθεν; σύ, δοκῶ, τὴν θεὸν ἐκδέδυκας.

62. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πέμπω σοι, Ῥοδόκλεια, τόδε στέφος, ἄνθεσι καλοῖς
αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις πλεξάμενος παλάμαις.
ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ, νοτερή τ' ἀνεμώνη,
καὶ νάρκισσος ὑγρός, καὶ κυαναυγὲς ἴον.
ταῦτα στεψαμένη, λῆξον μεγάλαυχος ἐοῦσα·
ἀνθεῖς καὶ λήγεις καὶ σὺ καὶ ὁ στέφανος.

63. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς, ἀλλὰ τὸ σῶμα
κέκραγ', ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην.

LXIII. 2. κέκραγεν ὡς. Pal. κέκραγ' ὡς emendavimus cum Spitznero; et sic exhibet Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Prom. 768.

de spiritu vitaque superest, conserva.

61. Puellam lavantem conspicatus, eamque pro Venere habens, deae iram deprecatur. – v. 2. λυσαμένη πλ. ut Venus Anadyomene. Cf. ad cap. I. ep. 45. – v. 3. ὄμμασιν. oculis suis timet, ut ille ap. Callimach. Lav. Pall. 82. Magno Tiresias adspexit Pallada vates, Fortia dum posita Gorgone membra lavat. Propert. IV. 9, 57. nam fuerat nudas poena videre deas. Ib. III. 11, 38.

62. Coronam mittit puellae, ut formae cito pereuntis meminerit. – v. 2. ὑφ' ἡμετέραις. abundat praepositio ante dativum, ablativi vim habentem. Infra ep. 79, 4. μηδέ μ' ὑπ' ἀγρύπνοις δηρὸν ἔκαιε πόθοις. Apoll. Rh. II. 26. ὥςτε λέων ὑπ' ἄκοντι τετυμμένος. – v. 6. ἀνθεῖς. Pal. XII. 234. ἄνθος γὰρ καὶ κάλλος ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντα.

63. In puellam, flammas pectore conceptas male celantem. – v. 1. τὸ σῶμα κέκραγ'. corporis habitus certae vocis habet opus, ut Gallus loquitur El.

καὶ βάσις ἀστατέουσα, καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμή,
καὶ κοῖλαι βλεφάρων ἰοτυπεῖς βάσιες.
ἀλλά, Πόθοι, πρὸς μητρὸς ἐϋστεφάνου Κυθερείης,
φλέξατε τὴν ἀπιθῆ, μέχρις ἐρεῖ, Φλέγομαι.

64. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
τὴν ἐνὶ καιομένην ἢ σβέσον, ἢ μετάθες.

65. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὑψοῦται Ῥοδόπη τῷ κάλλεϊ· κἤν ποτε χαῖρε
εἴπω, ταῖς σοβαραῖς ὀφρύσιν ἠσπάσατο.
ἤν ποτε καὶ στεφάνους προθύρων ὕπερ ἐκκρεμάσωμαι,
ὀργισθεῖσα πατεῖ τοῖς σοβαροῖς ἴχνεσιν.
ὦ ῥυτίδες, καὶ γῆρας ἀνηλεές, ἔλθετε θᾶσσον,
σπεύσατε, κἂν ὑμεῖς πείσατε τὴν Ῥοδόπην.

66. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὥπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐδέ με νικήσει, μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.

IV. 29. – v. 3. βάσις ἀστατέουσα. Appulej. Metam. VI. p. 395. ab isto vacillante et saepius titubante vestigio, deque nimio pallore corporis et assiduo spiritu, imo et ipsis marcentibus oculis tuis, amore nimio laboras. – v. 5. πρὸς μητρός. per vos matrem rogo.

64. Imitatus est Ausonius Ep. LXXX. Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione, Aut transire jube: vel face utrumque parem.

65. Puellam pulchritudine superbientem senectute mitiorem reddi optat. – v. 2. ὀφρύσιν ἠσπάσατο. salutem reddit, non verbis, sed superciliis altius et cum fastu erectis. Est autem in voce ὀφρύες superbiae significatio. – v. 3. προθύρων ὕπερ. vide supra ep. 30, 5. – v. 5. ὦ ῥυτίδες. in simili caussa eadem de Cynthia precatur Propert. III. 23, 32. At te celatis aetas gravis urgeat annis, Et veniat formae ruga sinistra tuae. – v. 6. κἂν ὑμεῖς πείσατε. vos saltem flectite eam, quum nihil aliud possit. Eadem structura Theocr. Eid. XXIII. 35. ἀλλὰ τύ, παῖ, κἂν τοῦτο πανύστατον ἁδύ τι ῥέξον. et ib. 41. κἂν νεκρῷ χάρισαι τὰ σὰ χείλεα.

66. Conjunctis Bacchi et Amoris viribus se parem esse negat. Cf. Achill. Tat. II. 3. p. 28, 2. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος δύο βίαιοι θεοί. Propert. I. 3, 13. et quamvis duplici correptum ardore juberent, Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus. – v. 1. ὥπλισμαι λογισμόν. ratione tamquam scuto, ὅπλῳ, me tueor. – v. 2. μοῦνος πρὸς ἕνα. pro vul-

θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συστήσομαι· ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ, τί μόνος πρὸς δύ' ἐγὼ δύναμαι;

67. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
τοὺς μαζοὺς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.
εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκούει·
ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν· ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν.

68. ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ.

Κάλλος ἄνευ χαρίτων τέρπει μόνον, οὐ κατέχει δέ,
ὡς ἄτερ ἀγκίστρου νηχόμενον δέλεαρ.

69. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Κλέψωμεν, Ῥοδόπη, τὰ φιλήματα, τήν τ' ἐρατεινὴν
καὶ περιδήριτον Κύπριδος ἐργασίην.
ἡδὺ λαθεῖν, φυλάκων τε παναγρέα κανθὸν ἀλύξαι·
φώρια δ' ἀμφαδίων λέκτρα μελιχρότερα.

70. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μαλθακὰ μὲν Σαπφοῦς τὰ φιλήματα, μαλθακὰ γυίων
πλέγματα χιονέων, μαλθακὰ πάντα μέλη.

gari: μόνος πρὸς μόνον, aut εἷς πρὸς ἕνα. – v. 3. συστήσομαι. pugnam suscipiam. – v. 4. μόνος πρὸς δύ'. proverbiale est. Liban. T. I. p. 28, 10. δυοῖν γὰρ ἕνα οὐκ εἶναι κρατεῖν οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα.

67. Puellam cum quatuor deabus comparat. – v. 1. τὰς χεῖρας Ἀθήνης. haec verba per se sumta de artibus Minervae Ἐργάνης accipias, ut Propert. III. 20, 7. de Cynthia: Est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes. Append. Pal. 327. μορφᾶς ἃ πρωτεῖον ἔχειν δωρήσατο Κύπρις, Ἔργα δ' Ἀθαναία τερπνὰ σαοφροσύνας. In hoc tamen contextu probabilius, peculiarem quandam, quae in Minerva fuerit, mannum pulchritudinem significari. – v. 5. ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν. Propert. II. 11, 9. quanta ego praeterita collegi gaudia nocte! Immortalis ero, si altera talis erit.

69. Puellam ad furtivam Venerem, tamquam dulcissimam, invitat. – v. 2. περιδήριτον. difficilem, custodibus septam. Incitat enim custodia, docente Ovidio III. A. A. 601. et, quae venit ex tuto minus est accepta voluptas. πᾶν τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον. Philostr. Ep. 58.

70. De puella tenerrimi corporis, sed animae durae et castissimi moris. – v. 1. γυίων πλέγματα. Pal. V. 221. μαλθακὰ

ψυχὴ δ᾽ ἐξ ἀδάμαντος ἀπειθέος· ἄχρι γὰρ οἴων
ἔστιν ἔρως στομάτων· τἄλλα δὲ παρθενίης.
καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις τάχα τοῦτο ταλάσσας,
δίψαν Ταντελέην τλήσεται εὐμαρέως.

71. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὦ παλάμη πάντολμε, σὺ τὸν παγχρύσεον ἔτλης
ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὐερύσαι.
ἔτλης· οὐκ ἐμάλαξε τεὸν θράσος αἴλινος αὐδή,
σκῦλμα κόμης, αὐχὴν μαλθακὰ κεκλιμένος.
νῦν θαμινοῖς πατάγοισι μάτην τὸ μέτωπον ἀράσσεις·
οὐκέτι γὰρ μαζοῖς σὸν θέναρ ἐμπελάσει.
μή, λίτομαι, δέσποινα, τόσην μὴ λάμβανε ποινήν·
μᾶλλον ἐγὼ τλαίην φάσγανον ἀσπασίως.

72. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὤμοσα μιμνάζειν σέο τηλόθεν, ἀργέτι κούρη,
ἄχρι δυωδεκάτης, ὦ πόποι, ἠριπόλης·
οὐ δ᾽ ἔτλην ὁ τάλας· τὸ γὰρ αὔριον ἄμμι φαάνθη
τηλοτέρω μήνης, ναὶ μὰ σέ, δωδεκάτης.
ἀλλὰ θεοὺς ἱκέτευε, φίλη, μὴ ταῦτα χαράξαι
ὅρκια ποιναίης νῶτον ὕπερ σελίδος·

λυσιπόνου πλέγματα συζυγίης. – v. 3. ἐξ ἀδάμαντος. ἀδαμαντίνα de puella Theocr. Eid. III. 39. Ap. Philostr. Ep. 19. ἐξ ἀδάμαντος quis dicitur συγκεῖσθαι καὶ πέτρας. – v. 4. ἔρως. amoris fructus intra oscula substitit. τἄλλα. in reliquis virgineam sanctitatem servat. – v. 5. καὶ τίς ὑποτλαίη; vulgaris regula in tali interrogatione cum optativo ἂν interponi jubet. Non desunt tamen exempla particulae omissae. Vid. cap. VI. 42 et 44. et ad Viger. p. 729. 147. – τοῦτο. abstinentiam a vero et solido voluptatis fructu.

71. Puellae, quam ira incensus male acceperat verberibus, simultatem deprecatur. – v. 1. παλάμη πάντολμε. Infra ep. 88, 4. βόστρυχα παντόλμοις χερσὶν ἐλήσατο. dementes manus appellat Tibull. I. 10, 56. manus ejusmodi bellis adhibitas, ubi victorem amantem flere dicit, quod illae tantum valuerint. Id. I. 6, 73. non ego te pulsare velim, sed venerit iste Si furor, optarim non habuisse manus. – v. 6. θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός.

72. Quum citius, quam juraverat, ad puellam rediisset, perjurii poenas deprecatur. – v. 4. ναὶ μὰ σέ. puellam ipsam, ut divinum sibi numen, invocat. – v. 5. χαράξαι. hominum peccata

θέλγε δὲ σαῖς χαρίτεσσιν ἐμὴν φρένα· μή δέ με μάστιξ, πότνα, κατασμύξῃ καὶ σέο καὶ μακάρων.

73. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἶδον ἐγὼ ποθέοντας· ὑπ' ἀτλήτοιο δὲ λύσσης
δηρὸν ἐν ἀλλήλοις χείλεα πηξάμενοι,
οὐ κόρον εἶχον ἔρωτος ἀφειδέος· ἱέμενοι δέ,
εἰ θέμις, ἀλλήλων δύμεναι ἐς κραδίην,
ἀμφασίης ὅσον ὅσσον ὑπεπρήϋνον ἀνάγκην,
ἀλλήλων μαλακοῖς φάρεσιν ἑσσάμενοι.
καί ῥ' ὁ μὲν ἦν Ἀχιλῆϊ πανείκελος, οἷος ἐκεῖνος
τῶν Λυκομηδείων ἔνδον ἔην θαλάμων·
κούρη δ' ἀργυφέης ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα
ζωσαμένη, Φοίβης εἶδος ἀπεπλάσατο.
καὶ πάλιν ἠρήρειστο τὰ χείλεα· γυιοβόρον γὰρ
εἶχον ἀλωφήτου λιμὸν ἐρωμανίης.

ἐν Διὸς δέλτων πτυχαῖς notari dixit Euripides in Menalip. Fr. 3 et ap. Callimach. H. in Cer. 57. Nemesis impias hominum voces γράψασθαι dicitur. - v. 7. μάστιξ. poenae a diis pro peccatis inflictae; alibi dii flagello dicuntur uti ad commovendum hominum animum; ut Horat. III. Od. 26, 11. regina, sublimi flagello Tange Chloen. - v. 8. κατασμύξῃ. urat, proprie de igne intestino.

73. Arcti amantium amplexus vividis descripti coloribus. - v. 2. χείλεα πηξάμενοι. Pal. V. 232. ἐν δὲ Λεανδρείοις χείλεσι πηγνυμένη. - v. 4. δύμεναι ἐς κραδίην. quod Lucretius dicit IV. 1108. abire in corpus corpore toto. Petronius autem c. 132. de amantibus, alligata mutuo ambitu corpora animarum mixturam fecisse. - v. 5. ἀμφασίη ἔρωτος. amoris impotentia, qua animus tamquam attonitus redditur. Est enim ἀμφασία, ἀμηχανία, et ἀμφασίης ἀνάγκη, ἡ τοῦ ἀμηχάνου ἔρωτος βία. - ἀνάγκη. tormenta. - ὅσον ὅσσον. aliquantillum; quod alibi est ὅσον ὀλίγον, ὅσον βαιόν. Vid. Hermann. ad Viger. p. 726, 93. - v. 6. ἀλλήλων. mutatis invicem vestibus, ille Achilli erat similis, sexum inter Lycomedis puellas dissimulanti; puella autem in tunica virili breviore Dianam succinctam referebat. Sic Melitta postquam Clitophontem suis vestibus induerat ap. Achill. Tat. VI. I. p. 132. ὡς εὐμορφότερος, ἔφη, παρὰ πολὺ γέγονας τῇ στολῇ. τοιοῦτον Ἀχιλλέα ποτὲ ἐθεασάμην ἐν γραφῇ. - v. 12. λιμὸν ἐρωμανίης. insatiabilem furorem. Errat, qui finem vesani quaerit amoris; Verus amor nullum novit habere modum. Propert. II. 12, 29.

ῥεῖά τις ἡμερίδος στελέχη δύο σύμπλοκα λύσει,
στρεπτά, πολυχρονίῳ πλέγματι συμφυέα,
ἢ κείνους φιλέοντας, ὑπ' ἀντιπόροισί τ' ἀγοστοῖς
ὑγρὰ περιπλέγδην ἅψεα δησαμένους.
τρὶς μάκαρ, ὃς τοίοισι, φίλη, δεσμοῖσιν ἑλίχθη·
τρὶς μάκαρ· ἀλλ' ἡμεῖς ἄνδιχα καιόμεθα.

74. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δικλίδας ἀμφετίναξεν ἐμοῖς Γαλάτεια προςώποις
ἕσπερος, ὑβριστὴν μῦθον ἐπευξαμένη.
„Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε“· μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται.
ὕβρις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.
ὤμοσα γὰρ λυκάβαντα μένειν ἀπάνευθεν ἐκείνης·
ὦ πόποι· ἀλλ' ἱκέτης πρώϊος εὐθὺς ἔβην.

75. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βόστρυχον ὠμογέροντα τί μέμφεαι, ὄμματά θ' ὑγρὰ
δάκρυσιν; ὑμετέρων παίγνια ταῦτα πόθων·

– v. 13. στελέχη. Catull. LXI. 106. lenta qui velut assitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum Complexum. – v. 18. ἄνδιχα. absens igitur et a puella, quam deperibat, sejunctus erat poeta, quum haec scriberet.

74. Contumeliose a puella tractatus, contumelias intellexit amoris flammam non restinguere, sed excitare. – v. 2. ἕσπερος. pro ἑσπερία. ut infra ep. 79. ἐπώμοσεν ἕσπερος ἥξειν. Sophocl. Oedip. T. 178. ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ. – v. 2. ὑβρ. μῦθον. verbis contumeliosis additis, quae qualia fuerint, quaerere nihil attinet. Ne tamen proxima: ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε – a Galatea dicta fuisse putes, poetae haec sunt, qui proverbialem hanc locutionem vim in se habere negat. – – v. 4. ἐρέθει. amantem injuria talis Cogit amare magis. Catull. LXXII. 7. Cf. supra ep. 16.

75. Quum impotentis amoris vehementia et flammis ante tempus senuisset, sperat fore, ut, votis apud puellam potitus, denuo revirescat. – v. 1. ὠμογέρων. senex ante tempus; unde ὠμογέρων βόστρυχος, ut χαλκὸς γέρων. Pal. VI. 52. σάκος γέρον. Od. χ. 184. charta anus. Catull. LXVIII. 46. Vid. Boisson. ad Nicet. p. 382. – v. 2. ὑμετέρων. pro σῶν, quod frequens apud seriores. παίγνια cum sarcasmo in saevam puellam, amantis cruciatus pro lusu habentem; fere ut homines dicuntur τύχης εἶναι

φροντίδες ἀπρήκτοιο πόθου τάδε, ταῦτα βελέμνων
  σύμβολα, καὶ δολιχῆς ἔργα νυχεγρεσίης.
καὶ γάρ που λαγόνεσσι ῥυτὶς παναώριος ἤδη,
  καὶ λαγαρὸν δειρῇ δέρμα περικρέμαται.
ὁππόσον ἡβάσκει φλογὸς ἄνθεα, τόσσον ἐμεῖο
  ἄψεα γηράσκει φροντίδι γυιοβόρῳ.
ἀλλὰ κατοικτείρασα δίδου χάριν· αὐτίκα γάρ μοι
  χρὼς ἀναθηλήσει κρατὶ μελαινομένῳ.

76. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηκέτι τις πτήξειε πόθου βέλος· ἰοδόκην γὰρ
  εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.
μὴ πτερύγων τρομέοι τις ἐπήλυσιν· ἐξότε γάρ μοι
  λὰξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
ἀστεμφής, ἀδόνητος ἐνέζεται, οὐδὲ μετέστη,
  εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων.

LXXV. 10. *μελαινομένων*. Pal. quod Salmasius recte videtur emendasse.

παίγνια. – v. 3. *φροντίδες*. res pro effectu: nam curis ob vanum suum et irritum amorem (*ἀπρήκτοιο πόθου*. Vid. supra ep. 35, 3.) canos debebat. – v. 4. *νυχεγρεσίη*. formatum vocabulum, ut *νυχαυγής*, *νυχηβόρος*, a *νύχα*. – v. 7. *φλογὸς ἄνθεα*. vis et vigor flammae. Aeschyl. Prom. 7. *τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας*. – v. 8. *γυιοβόρῳ*. curas edaces habet Horat. II. Od. 11, 18. Cf. supra ep. 73, 11. – v. 10. *χρὼς ἀναθηλήσει*. Archiloch. Fr. XXVII. *οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα*. – *κρατὶ μελαινομένῳ*. participium cohaeret cum *μοί*, *κρατί* per appositionem addito. Sophocl. Phil. 738. *πρόχειρον εἴ τί σοι, τέκνον, πάρα ξίφος χεροῖν*. Hom. Il. ξ. 151. *Ἀχαιοῖσιν δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἑκάστῳ Καρδίῃ*. quod *ὅλον κατὰ μέρος* appellant Grammatici. cf. Rost gr. Gr. §. 105. Anm. 1. Corpus revirescet, capillus nigrescet denuo. Vid. var. lect.

76. Amorem in suo unius pectore haerentem nemini jam timendum esse docet. – v. 2. *ἐξεκένωσεν*. Amor ap. Statium. I. Silv. II. 70. Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra Improbus, et densa trepidantem cuspide fixi. Cum proximis comparandus Propert. II. 9, 13. ubi Amorem alas perdidisse ait: Evolat heu nostro quoniam de pectore nusquam, Assiduusque meo sanguine bella gerit. – v. 4. *λὰξ ἐπιβάς*. victoris more pedem victo imponentis. Theognis. 847. *λὰξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι*. Pal. XII. 48. *κεῖμαι· λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε Δαῖμον*.

77. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Φράζεό μοι, Κλεοφάντις, ὅση χάρις, ὁππότε δοιοὺς
λάβρον ἐπαιγίζων ἶσος ἔρως κλονέει.
ποῖος ἄρης, ἢ τάρβος ἀπείριτον, ἠὲ τίς αἰδὼς
τούςδε διακρίνει, πλέγματα βαλλομένους;
εἴη μοι μελέεσσι τὰ Λήμνιος ἥρμοσεν ἄκμων
δεσμά, καὶ Ἡφαίστου πᾶσα δολοῤῥαφίη·
μοῦνον ἐγώ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἀγκὰς ἑλίξας
θελγοίμην ἐπὶ σοῖς ἅψεσι βοσκόμενος.
δὴ τότε καὶ ξεῖνός με καὶ ἐνδάπιος καὶ ὁδίτης,
πότνα, καὶ ἀρητήρ, χἠ παράκοιτις ἴδοι.

78. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐξότε μοι πίνοντι συνεψιάουσα Χαρικλὼ
λάθρῃ τοὺς ἰδίους ἀμφέβαλε στεφάνους,
πῦρ ὀλοὸν δάπτει με· τὸ γὰρ στέφος, ὡς δοκέω, τι
εἶχεν, ὃ καὶ Γλαύκην φλέξε Κρεοντιάδα.

LXXVII. 8. *βουλόμενος.* Pal. Plan. quod, aut sensu destitutum, aut certe vehementer frigidum, mutavi in *βοσκόμενος*.

77. Quanta sit in amplexibus amantium voluptas, docet. – v. 1. *φράζεο.* audi, perpende. – v. 2. *ἶσος.* vid. ep. 64. *ἐπαιγίζων.* Pal. XII. 88. *δισσοί με τρύχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες.* – v. 3. nec ferrum i. e. nulla vis, nullus timor nec pudor amantes arcto vinculo constrictos solverit. *πλέγματα.* ut ep. 70, 2. ep. 73, 14 et 16. – v. 5. *εἴη μοι.* nihil curo vinculis teneri, qualibus Vulcanus Martem irretivit. Color ductus ex festivis Mercurii verbis Od. ϑ. 339. ss. – v. 7. *ἀγκὰς ἑλίξας.* Pal. V. 275. *ἄλλην ὑποκόλπιον εὐθὺς ἑλίξεις.* – v. 8. *βοσκόμενος.* Pal. V. 272. *περὶ δειρὴν Ἄσχετα λυσσώων βόσκομαι ἀργυφέην.* Achill. Tat. II. 37. *καὶ τοῖς ὀδοῦσι συμβάλλεται, καὶ περὶ τὸ τοῦ φιλοῦντος στόμα βόσκεται.*

78. Ex corona a puella ipsi imposita se flammas concepisse narrat. – v. 1. *πίνοντι.* ἐν πότῳ. – v. 3. *τὸ γὰρ στέφος εἶχε τοιοῦτό τι, οἷον ἦν τὸ Γλαύκην φλέξαν.* Philostr. Ep. 38. *τί δὲ τὴν κεφαλὴν στεφανοῖς πυρί; ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, τῆς Κολχίδος ὁ ὅρμος, ὃν τῇ Γλαύκῃ ἔπεμψε, ῥόδα ἦν πεφαρμαγμένα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκαύθη λαβοῦσα.*

79. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δηθύνει Κλεοφάντις· ὁ δὲ τρίτος ἄρχεται ἤδη
λύχνος ὑποκλάζειν ἦκα μαραινόμενος.
αἴθε δὲ καὶ κραδίης πυρσὸς συναπέσβετο λύχνῳ,
μηδέ μ' ὑπ' ἀγρύπνοις δηρὸν ἔκαιε πόθοις.
ἆ πόσα τὴν Κυθέρειαν ἐπώμοσεν ἕσπερος ἥξειν·
ἀλλ' οὔτ' ἀνθρώπων φείδεται, οὔτε θεῶν.

80. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις,
πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ μ' οἷός τε φέρειν.
εἰ καὶ ἐς ἀντολίην πρὸς ὁμόχροον ἵξεαι Ἠῶ,
πεζὸς ἀμετρήτοις ἕψομαι ἐν σταδίοις.
εἰ δέ τί σοι στέλλω βύθιον γέρας, ἵλαθι, κούρη,
εἰς σὲ θαλασσαίη τοῦτο φέρει Παφίη,
κάλλεϊ νικηθεῖσα τεοῦ χροὸς ἱμερόεντος,
τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἀπωσαμένη.

81. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Ἡ ῥαδινὴ Μελίτη ταναοῦ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
τὴν ἀπὸ τῆς ἥβης οὐκ ἀπέθηκε χάριν.

LXXX. 2. κεῖσέ με ὥστε. Pal. κεῖσε τάχει με φέρει. Plan. ex Planudis correctione procul dubio. μ' οἷός τε emendavit Hermannus.

79. Poeta puellam, quae ipsi noctem promiserat, exspectans, de mora ejus conqueritur. – v. 2. ὑποκλάζειν. ellychnium paulatim deficit, ἦκα μαραινόμενος. Oppian. Hal. II. 66. ἀλλά οἱ ἀλκὴ Ἦκα μαραινομένοιο παρίεται. – v. 4. ὑπ' ἀγρύπνοις πόθοις. Vid. supra ep. 62, 2. – v. 6. φείδεται. pro κήδεται. nec divum parcimus ulli. Virgil. Aen. X. 880.

80. Puellae piscem tamquam a Venere marina ei oblatum mittit, simul se eam usque ad extremos orbis terrarum fines secuturum esse pollicetur. – v. 1. Μερόης. in finibus Aethiopiae. – v. 2. οἷός τε φέρειν. priorem syllabam corripit οἷος. Il. σ. 105. Od. η. 312. – πτηνόν. me volucrem. – v. 3. ὁμόχροον. tibi colore similem; ῥοδόχροον. – v. 8. τὸ πρίν. se a te pulchritudine victam fassa, pristinam de forma sua confidentiam deposuit.

81. De puella in senectutis limine posita, sed non minus quam olim formosa et superba. – v. 1. ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Homericum. Il. χ. 60. ω. 487. quod alii de initio, quasi introitu senectutis accipiunt, alii de ἐξόδῳ καὶ τέρματι. Agathiam hoc alterum

ἀλλ' ἔτι μαρμαίρουσι παρηΐδες, ὄμμα δὲ θέλγειν
οὐ λάθε· τῶν δ' ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη.
μίμνει καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παιδικόν· ἐνθάδε δ' ἔγνων,
ὅττι φύσιν νικᾶν ὁ χρόνος οὐ δύναται.

82. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος· ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσσαι,
πρῶτα σὺ γευομένη πρόςφερε, καὶ δέχομαι.
εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκέτι νήφειν
εὐμαρές, οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον·
πορθμεύει γάρ ἔμοιγε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα,
καί μοι ἀπαγγέλλει τὴν χάριν, ἣν ἔλαβεν.

83. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἦ ῥά γε καὶ σύ, Φίλιννα, φέρεις πόθον; ἦ ῥα καὶ αὐτὴ
κάμνεις, αὐαλέοις ὄμμασι τηκομένη;
ἢ σὺ μὲν ὕπνον ἔχεις γλυκερώτατον, ἡμετέρης δὲ
φροντίδος οὔτε λόγος γίνεται, οὔτ' ἀριθμός;

86. Contra eos, qui praestantissimos poetas, quia juvenes sunt, contemnunt, et pro vilibus habent, virtutemque annis aestimant, ut est ap. Horatium, qui simile argumentum tractavit II. Ep. I. 21. ss. – v. 1. δέσποτα Καῖσαρ. vid. supra ep. 20. – v. 2. κἂν εἴπῃ. licet poemata pangat cum Homericis comparanda. – v. 6. κηλήτης. herniosus, qui est seniorum morbus. His et calvis nescio quae stuporis inhaerebat suspicio. – ἔρχεται, ἀπέρχεται, μεταβαίνει. 87. Orci civibus ingens malum nuntiat, Eutychidis poetae lyrici mortem, et instrumenta sua musica, et omnem carminum farraginem secum ad illos auferentis. – v. 3. συγκατακαῦσαι – κίστας νόμων. ut Etruscus Cassius – rapido ferventius amni ingenium: capsis quem fama est esse librisque Ambustum propriis. ap. Horat. I. Serm. X. 62. – v. 5. ὁ Χάρων. nunc demum obiisse videbimini, quum ille vos recitando et cantando enecabit. Charonti h. l. tribuitur munus τοῦ Θανάτου, mortales sibi destinatos auferentis; ut in fr. Antiphanis apud Stob. CXX. p. 608. τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους Ἄκοντας ὁ Χάρων ἐπὶ τὸ πορθμεῖόν τ' ἄγει. nisi ἐπελήλυθε de cymba Charontis jam propius admota accipere malis; ut apud Euripidem, ubi Alcestis v. 260. δίκωπον ὁρῶ σκάφος, Νεκύων δὲ πορθμεὺς Χάρων μ' ἤδη καλεῖ.

88. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη,
οὔθ' ὁ καταπρήσας τοὺς ἐπὶ γῆς Φαέθων;
ἀνθρώπους ἔκτεινεν ὅσους Ποτάμων ὁ ποιητής,
καὶ χειρουργήσας ὤλεσεν Ἑρμογένης.
ὥςτ' ἐξ αἰῶνος κακὰ τέσσαρα ταῦτ' ἐγενήθη,
Δευκαλίων, Φαέθων, Ἑρμογένης, Ποτάμων.

89. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ ποίων ὁ πατήρ σε δρυῶν τέτμηκεν, Ἀρίστων,
ἢ ποίων σε μύλου κόψατο λατομιῶν;
ἢ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου, ἢ ἀπὸ πέτρης
ὀρχηστής, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον·
ὥςτε με θαυμάζοντα λέγειν, ὅτι καὶ σύ τι Λητοῖ
ἤρισας· οὐ γὰρ ἂν ἦς αὐτομάτως λίθινος.

90. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
τῶν ἔργων παριδὼν ἠνίασας μεγάλως.

88. In Potamonem poetam et Hermogenem chirurgum, utrumque hominum pestem et perniciem. – v. 1. ἐπὶ Δευκαλίωνος. supple, quod sensus postulat, τοσοῦτοι ἀπώλοντο, diluvio illo, ὅτε πάντα ἐγενήθη ὕδωρ. Poeta autem structura, quam animo conceperat, omissa, pergit: οὔτε Φαέθων, incendium illud Phaëthontis casu exortum, τοσούτους ἔκτεινε. Melius oratio procederet, si Lucillius scripsisset: Οὔτ' ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ, ὅτε πάντ' ἐπεκλύσθη –. De forma ἐγενήθη vid. Lobeck. ad Phryn. p. 109. Buttm. Gr. major. II. p. 96.

89. In pantomimum ineptum. – v. 1. ἐκ ποίων δρυῶν. sic supra ep. 31. ἐκ ποίων ἔταμες, Διονύσιε, τὰ ξύλα ταῦτα Λατομιῶν; – v. 3. ἀπὸ δρυός. parodia versus Od. τ. 163. de quo supra diximus ad ep. 52, 2. – v. 5. ὅτι καὶ σύ. abundat ὅτι post verba dicendi etiam recta oratione sequente. Platon. Charmid. p. 166. A. καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι ἀληθῆ λέγεις. Liban. T. IV. p. 146, 9. ἔλεγον, ὅτι οὕτως ὑμῖν, ὦ γύναι, πρέπει σιγᾶν. Cf. Rost. Gr. §. 122. not. 1. – Λητοῖ ἤρισας. sicut Niobe ob certamen cum Latona susceptum in saxum mutata. – v. 6. λίθινος, ut statim ep. 90, 3. et 91.

90. Lepide ridetur pantomimus, qui Nioben, Capaneum et

τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης,
 καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.
ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
 καὶ ζῶν ἐξῆλθες· τοῦτο παρ' ἱστορίην.

91. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Δάφνην καὶ Νιόβην ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός,
 ὡς ξύλινος Δάφνην, ὡς λίθινος Νιόβην.

92. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέβαινεν
 Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
θαῦμα μέν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ σὲ διδάσκειν
 ἤθελε· φεῦ, κείνου καὶ νέκυν ἀντιάσαι.

93. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Εἰκόνα Μηνοδότου γράψας Διόδωρος ἔθηκεν
 πλὴν τοῦ Μηνοδότου πᾶσιν ὁμοιοτάτην.

94. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Εἴκοσι γεννήσας ὁ ζωγράφος Εὔτυχος υἱούς,
 οὐδ' ἀπὸ τῶν τέκνων οὐδὲν ὅμοιον ἔχει.

Canacen male saltaverat. – v. 4. ἔπεσες. Capaneus in Thebarum oppugnatione fulmine ictus, εἰς γῆν ἔμπνοος πίπτει νεκρός. Eurip. Phoen. 1193. Pantomimus autem ille subito cecidit, non quod res juberet, sed prae imperitia. – v. 5. Canacae ob incestum erga fratrem amorem pater gladium misit, quo se transfixit. Ovid. XI. Ep. 3 et 94.

92. De Lolliano, homine loquacissimo. Rhetor fuit Lollianus, cujus vitam scripsit Philostr. Vit. Soph. I. 23. Luciani, ut videtur, aequalis. – v. 1. εἰπέ μοι εἰρομένῳ. verba Homerica. Od. ο. 263. ω. 114. – v. 3. καὶ σέ. te τὸν λόγιον Ἑρμῆν! – v. 4. ἀντιάσαι. infinitivus affectus significationem habet, etiam apud Latinos. Vid. Herm. ad Viger. §. 159. p. 745. s.

94. De malo pictore. – v. 2. οὐδ' ἀπό. ne per liberos quidem ipsi contigit, ut quidquam ex operibus ejus similitudinis laudem haberet.

95. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τὸν λεπτὸν θακεῦντα Μενέστρατον εἴαρος ὥρῃ
 μύρμηξ ἐξελθὼν εἵλκυσεν εἰς ῥαγάδα·
μυῖα δ' ἐπιπτᾶσ' αὐτὸν ἀνήρπασεν, ὡς Γανυμήδην
 αἰετὸς εἰς θαλάμους οὐρανίους Κρονίδεω·
πίπτε δ' ὑπὲκ χειρῶν μυίης, κοὐδ' ὣς θίγε γαίης,
 ἐκ δ' ἀράχνης ἱστοῦ τῶν βλεφάρων κρέμαται.

96. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Τρεῖς λεπτοὶ πρώην περὶ λεπτοσύνης ἐμάχοντο,
 τίς προκριθεὶς εἴη λεπτεπιλεπτότερος.
ὧν ὁ μὲν εἰς, Ἕρμων, μεγάλην ἐνεδείξατο τέχνην,
 καὶ διέδυ ῥαφίδος τρῆμα, λίνον κατέχων.
Δημᾶς δ' ἐκ τρώγλης βαίνων, ἐς ἀράχνιον ἔστη,
 ἡ δ' ἀράχνη νήθουσ' αὐτὸν ἀπεκρέμασεν.
Σωσίπατρος δ' ἐβόησεν· ἐμὲ στεφανῶσατ'· ἐγὼ γὰρ
 εἰ βλέπομ', ἥττημαι· πνεῦμα γάρ εἰμι μόνον.

97. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Βουλόμενός ποθ' ὁ λεπτὸς ἀπάγξασθαι Διόφαντος,
 νῆμα λαβὼν ἀράχνης αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

XCV. 4. Κρονίδαο. Pal. – v. 5. πίπτε δὲ χειρῶν. Pal. Scripseram olim: πίπτεν δ' ἐκ χειρῶν. fortasse vere. Elegantiores autem numeri in ea lectione, quam nunc adoptavimus.

95. Hyperbolicum in hominem pusillum. – v. 1. θακεῦντα. apricantem, puta. – v. 5. ὑπὲκ χειρῶν. Lucian. Musc. Enc. §. 3. ἑξάπους δὲ οὖσα, τοῖς μὲν τέτταρσι βαδίζει μόνοις, τοῖς δὲ προσθίοις δυσὶ καὶ ὅσα χερσὶ χρῆται. ἴδοις ἂν οὖν αὐτὴν ἐπὶ τεττάρων βεβηκυῖαν, ἔχουσάν τι ἐν ταῖν χεροῖν. – v. 6. τῶν βλεφάρων κρέμαται. τῶν ὄρχεων κρεμῶμεν. Aristophan. Plut. 815.

96. Historia de certamine inter tres macilentos. – v. 2. λεπτεπίλεπτος. vocabulum comice formatum, ut id, quod in macilentia summum est, significaret. – v. 5. ἐκ τρώγλης. ipse igitur habitabat in caverna murium, unde progressus in tela araneae constitit.

98. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ μὲν ἐπ' ἀντελάβους ἄγεται στρατός, ἢ κυνομυίας,
ἢ μύας, ἢ φυλλῶν ἱππικόν, ἢ βατράχων,
Γάϊε, καὶ σὺ φοβοῦ, μὴ καὶ σέ τις ἐγκαταλέξῃ,
ὡς ἂν τῆς τούτων ἄξιον ὄντα μάχης.
εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγεται στρατός, ἄλλο τι παῖζε·
Ῥωμαίοις οὐδεὶς πρὸς γεράνους πόλεμος.

99. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὴν μικρὴν παίζουσαν Ἐρώτιον ἥρπασε κώνωψ·
ἡ δέ, τί, φησί, πάθω, Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλεις.

100. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους κοιμώμενον εὑρών,
εἰς τρώγλην μικροῦ τοῦ ποδὸς εἵλκυσε μῦς.
ὃς δ' ἐν τῇ τρώγλῃ ψιλὸς τὸν μῦν ἀποπνίξας,
Ζεῦ πάτερ, εἶπεν, ἔχεις δεύτερον Ἡρακλέα.

XCIX. 2. φησιδῶζευπερ. Pal. quod ex conjectura emendavimus. Error ortus ex omissione syllabae πα, fortasse lineae superscriptae.

98. Solatur pusillum quendam, qui ne militibus adscriberetur, timebat. – v. 2. ἢ φυλλῶν ἱππικόν. aut si equestres copiae publicum ranarumve contrahantur. Nisi forte ἱππικόν etiam pendet ab ἐπί. – v. 5. ἄλλο τι παῖζε. timore deposito, alium tibi lusum quaere. – v. 6. πρὸς γεράνους. contra grues, ut Pygmaeis sit opus. Cf. Il. γ. 5. s.

99. In puellam staturae exiguae, quae a culice rapta, a Jove aquila se abripi existimabat, aequo animo summi Deorum voluntati se subjiciens. τί πάθω; quid, quaeso, faciam? Pal. V. 111. καὶ τί πάθω; Il. λ. 404. ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; μέγα μὲν κακόν. Cf. Od. ε. 465. Ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; Theocr. Eid. III. 24. ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; τί ὁ δύσσοος;

100. Historia de pusillo quodam homine, qui mure interfecto se pro altero Hercule habebat. – v. 2. τοῦ ποδός. Stobae. Flor. CXX. p. 608. τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους ἄκοντας ὁ Χάρων. – v. 3. ψιλός, γυμνός, ἄνευ ὅπλων.

101. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὴν γένεσιν λυποῦντα μαθὼν Κρόνον Ἡλιόδωρος,
νύκτωρ ἐκ ναοῦ χρύσεον ἦρε Κρόνον,
τίς πρῶτος κακοποιὸς ἐλήλυθε πείρασον, εἰπὼν,
δέσποτα, καὶ γνώσῃ τίς τίνος ἐστὶ Κρόνος·
ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει·
εὗρόν μοι τιμήν, πᾶν ἀνάτελλ' ὃ θέλεις.

102. ΑΜΜΙΑΝΟΥ.

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε,
ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

103. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐχθὲς ἀπάγχεσθαι μέλλων Δίναρχος ὁ φείδων,
Γλαῦκε, δι' ἓξ χαλκοῦς δύςμορος οὐκ ἔθανεν.
ἓξ χαλκῶν ἦν γὰρ τὸ σχοινίον, ἀλλ' ἐδυςώνει,
εὔωνον ζητῶν ἄλλον ἴσως θάνατον.
τοῦτο φιλαργυρίας δεινῆς ὅρος, ὅς γ' ἀποθνήσκων,
Γλαῦκε, δι' ἓξ χαλκοῦς δύςμορος οὐκ ἔθανεν.

101. De Heliodoro fure, qui auream Saturni statuam e templo abstulit. - v. 1. *τὴν γένεσιν λυποῦντα.* vid. supra ad ep. 18. Quum *κακοποιός* sit hic deus, se cum eo comparat Heliodorus; principem tamen sibi locum assignans. - v. 4. *τίς τίνος ἐστὶ Κρόνος.* uter nostrum alterius sit, pernicies et calamitas. Sic *τίς* Pal. XI. 376. *καὶ τίνι (ποτέρῳ) δουλεύειν εἰσὶ δικαιότεροι;* Platonica, ubi *τίς* est pro *πότερος*, congessit Stallb. ad Phileb. p. 168. Sic etiam apud Latinos quis reperitur pro uter. - v. 5. *ὃς δ' ἄλλῳ.* Hesiod. E. καὶ H. 265. *οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.* unde expressus versus noster, Democrito Chio tributus ap. Aristot. Rhet. III. c. 9. Paulo aliter Aelian. H. A. VII. 11. *τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.* - v. 6. *τιμήν*, aut honorem victoriae de Saturno reportatae, aut pretium simulacri venditi. - *πᾶν ἀνάτελλε.* ortu tuo quodcunque volueris portende.

102. Hoc distichon epigrammati in Philaenidem attexuit Martialis IX. 30. Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena, Ne tua non possint eruere ossa canes.

103. De avaro, qui quum suspendio vitam finire statuisset, eo ab hoc consilio revocavit, ut resti parceret. - v. 5. *ὅς γ' ἀποθνήσκων.* pro *ὅστις.* Tyrtaeus El. III. 15. *ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο - ὅς τις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.* Aeschyl. Prom. 271. *ἐλαφρόν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν.*

104. ΑΔΗΛΟΝ.

α. Τίς σε, Δικαιοσύνη, βροτὸς ἤγαγεν; β. οὗτος ὁ κλέπτης,
ἐνθάδε με στήσας, οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ.

105. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Τὸν πτανὸν Ἑρμᾶν, τὸν θεῶν ὑπηρέταν,
τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα, τὸν βοηλάταν,
ἑστῶτα τῶνδε γυμνασίων ἐπίσκοπον,
ὁ νυκτικλέπτας Αὖλος εἶπε βαστάσας·
πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.

106. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ πόδας εἶχε Δίων οἵας χέρας, οὐκέτ' ἂν Ἑρμῆς
πτηνὸς ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ Δίων ἐκρίθη.

107. ΑΔΗΛΟΝ.

Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σέ φημι πένεσθαι·
χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀπολλόφανες.
ἂν μετέχῃς αὐτῶν σύ, σὰ γίγνεται· ἂν δὲ φυλάττῃς
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

104. In statuam Justitiae a rapace quodam magistratu, ut videtur, positam. – οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ. quum nihil ad me relationis habeat; mihi operam non navet. Teles ap. Stob. T. XCI. p. 508. καθ' αὑτοὺς ἄνθρωποι πρὸς ἀρετὴν γεγόνασι.

105. De signo Mercurii a fure ablato. – v. 1–3. magnificus honorum Mercurii recensus, qui tamen eum a furis dexteritate tueri non potuerunt. – v. 5. versus proverbialis, quem excitat Cicero ad Fam. IX. 7.

106. In furem manuum celeritate praecellentem. Est parodia distichi Asclepiadis Pal. XII. 75. εἰ πτερά σοι προσέκειτο, καὶ ἐν χερὶ τόξα καὶ ἰοί, Οὐκ ἂν Ἔρως ἐγράφη Κύπριδος, ἀλλὰ σύ, παῖς.

107. De recto divitiarum usu. – v. 3. ἂν μετέχῃς. qui te pascit ager, tuus est. Horat. H. Ep. II. 160. – v. 4. κληρονόμοις. Horat. l. c. 190. Utar, et ex modico quantum res poscet acervo Tollam; nec metuam, quid de me judicet heres, Quod non plura datis invenerit. – ἀπὸ νῦν. jam nunc; quamquam te adhuc opum tuarum dominum existimes, hae tamen jam revera ad alios transierunt.

108. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἕρμων
ἐκ περιωδυνίας αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.

109. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μῦν Ἀσκληπιάδης ὁ φιλάργυρος εἶδεν ἐν οἴκῳ,
καί, τί ποιεῖς, φησίν, φίλτατε μῦ, παρ' ἐμοί;
ἡδὺ δ' ὁ μῦς γελάσας, μηδέν, φίλε, φησί, φοβηθῇς,
οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρήζομεν, ἀλλὰ μονῆς.

109. Avari cum musculo colloquium. - v. 3. ἡδὺ γελάσας. suaviter illum irridens. XII. 187. ἐπ' ἐμαῖς ἁδὺ γελᾷς ὀδύναις.

CAPUT VII.

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΑ ΚΑΙ ΓΝΩΜΙΚΑ.

1. ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί·
ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
„οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν."
παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
στέρνοις ἐγκατέθεντο. πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,
ἀνδρῶν ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασσέμεν, οὔτε θανεῖσθαι,
οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος

1. Poeta homines hortatur, ut rerum humanarum mutabilitatis memores animo indulgeant. – v. 2. *Χῖος ἀνήρ*. Homerus, qui *Χῖος ἀοιδός* est ap. Theocrit. Eid. VII. 47. ejus versus est Il. ζ. 146. unde Horat. Ep. ad Pison. v. 60. Ut silvae foliis pronos mutantur in annos, Prima cadunt –. Musaeus apud Clement. Alex. Strom. VI. p. 738. 18. *ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα, Ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει· Ὣς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεή*. – v. 5. *στέρνοις ἐγκατέθεντο*. pauci has voces, auribus acceptas, in pectora animosque demittunt, ut Livius loquitur XXXIV. 50. Plurimorum enim aures perfluunt, qui salubria praecepta non magis servare possunt, quam dolium pertusum aquam. – v. 5. *ἐλπίς*. spes diuturna nos consilia animo concipere jubens. – v. 7. *ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ*. Tyrtaeus I. 27. *νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, Ὄφρ' ἄρα τῆς* (*ἐρατῆς* corr. Valcken. et Hermann.) *ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ*. Notandus in his conjunctivi usus, neglecto *ἄν*, quod in talibus alibi additur. Praecesserat Homer. Il. λ. 476. *τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσιν φεύγων, ὄφρ' αἷμα λιαρόν, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ*. – v. 8. *ἀτέλεστα*. quae ad finem perduci nequeunt. – v. 9. *ἐλπίδ' ἔχει*. *ἐλπίς* de re ingrata, ut etiam sperare interdum; aut simpliciter de cogitatione rei futurae. – v. 11. *οὐδέ τ' ἴσασιν*. nominativus pronominis relativi

θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

2. ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων.
νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει·
ἀλλ' ὅςτις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης
συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

3. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Οὔ μοι Πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης
ὠρῦον στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ,
οὐδ' ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανός, ὡς κακὸν ἄνδρα
ταρβέω, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

assumendus ex οἷς. **Plato** Theag. p. 126. B. οἷς εἰσί τε ἵπποι, καὶ χρῶνται ἑκάστοτε καὶ οἰκείοις καὶ ἀλλοτρίοις πολλοῖς. – v. 14. τλῆθι χαριζόμενος. ne genio indulgere dubites. **Archiloch.** Reliqq. LV. τάχιστα Τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι. In talibus τλῆναι accipiendum, ut **aude** interdum, v. c. **sapere aude**. – ψυχῇ χαριζόμενος. **Aeschyl.** Pers. 843. ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν καθ' ἡμέραν. ὑπηρετεῖν ψυχῇ. **Euripid.** in Antiopa. **Theocrit.** Eid. XVI. 24. τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν. In quibus locis ψυχή est ea pars animi, quae affectibus movetur. **Amicum animum** appellat **Horat.** IV. Od. 7, 19. **cuncta manus avidas fugient heredis, amico Quae dederis animo.**

2. Qualem sibi in convivio sodalem habere cupiat. – v. 2. νείκεα καὶ πόλεμον. **Xenophan.** ap. **Athen.** XI. p. 462. F. se laudare ait eum, ὃς ἐσθλὰ πιὼν ἀναφαίνει – Οὔτι μάχας διέπει Τιτήνων, οὐδὲ Γιγάντων, οὐδέ τε Κενταύρων, πλάσματα τῶν προτέρων. – v. 3. Μουσῶν δῶρα. **carmina**; Ἀφροδίτης. amori inter pocula indulgens.

3. Improbos et jejunos convivas detestatur. – v. 1. οὔ μοι. supplendum οὕτω ante φοβερή. – v. 4. ὑδροπότας. i. e. δυςκόλους καὶ δυςτρόπους. Cf. c. IV. ep. 65. Est paroemia: μισῶ μνήμονα συμπόταν: qua significari existimatur, ἢ μηδενὸς δέον μνημονεύειν τῶν ἐν οἴνῳ πλημμεληθέντων, ἢ παντελῶς ἐλαφρᾶς καὶ παιδικῆς νουθεσίας δεομένων. **Plutarch.** T. II. p. 612. D.

4. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτός, χέλυς, ἢ γλυκὺς ἦχος
ψαλμῶν, ἢ τριγέρων νεκτάρεος Βρόμιος,
ἢ πεῦκαι, κοῦροι, στέφανοι, μύρα, λιτὰ δὲ δειπνῶν
λαθροπόδας τρώκταις χερσὶ τίθησι τόκους,
οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε πάλαι· νῆστιν δὲ παρέρπω
νεκρόν, ἐς ἀλλοτρίους φειδόμενον φάρυγας.

5. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ἐσθλὸς Ἀριστοκράτης, ὅτ' ἀπέπλεεν εἰς Ἀχέροντα,
εἶπ' ὀλιγοχρονίης ἁψάμενος κεφαλῆς·
παίδων τις μνήσαιτο, καὶ ἐδνώσαιτο γυναῖκα,
εἰ καί μιν δάκνοι δυςβίοτος πενίη.

IV. 1. *λωτοῦ χέλυς.* Pal. quod emendavit Ruhnk. *λωτοῦ μέλος.* Reisk. et Toup. – v. 5. *τέθνηκε περίμνηστιν.* Pal. *ἀείνηστιν.* Br. In eo, quod in lectione vehementer incerta reposui, numeri videbantur aliquanto elegantiores.

4. Pro mortuo habendum esse, qui lucro intentus, a vitae fructu abhorreat. – v. 1. *λωτός, χέλυς.* Junguntur haec ap. Ovid. Rem. Am. 753. citharae, lotosque lyraeque, Et vox et numeris brachia mota suis. – v. 3. *ἢ πεῦκαι.* comissationem animo fingit poeta aut ad pueri amati limina, aut in comitatu pulchrorum puerorum (*κοῦροι*), in qua comissatione *ἐστεφάνωσαν τὰ πρόθυρα, μύροις ἔῤῥαναν, δᾷδας ἔῤῥιψαν ἡμικαύστους.* Charito. I. p. 5, 6. – v. 4. *λαθροπόδας.* fenus sensim procedens et in majus auctum. Lucan. I. 181. usura vorax avidumque in tempora fenus. *χερσὶ τίθησι.* vid. ad cap. VI. ep. 40, 3. Pal. XI. 289. *ἀνὴρ δανειστής – ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγων.* Ap. Lucian. Catapl. §. 17. Fenerator *μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν, οἷς τάλαντα καὶ μυριάδας ἐλογίζετο. τρῶκται δάκτυλοι* digiti sunt feneratorum, qui ipsi sunt *τρῶκται* i. e. *ἐκ παντὸς κερδαίνοντες.* Phoenices *φιλοχρήματοι καὶ τρῶκται* apud Philostr. Heroic. p. 660. ex Homer. Od. ξ. 289. – v. 5. *οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε.* ducta haec ex Sophocl. Antig. 1167. *τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.* Lucret. III. 1059. mortua quoi vita est prope jam vivo.

5. Boni cujusdam viri, sed coelibis, exhortatio ad matrimonium. – v. 2. *ὀλιγοχρονίη* referendum videtur ad breve temporis spatium, quod moribundo Aristocrati ad vivendum adhuc supererat. *ἁψάμ. κεφαλῆς.* ut facere solent meditantes et de re

ζωὴν στυλώσαιτο· κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι
 οἶκος· ὁ δ' αὖ λῷστος τἀνέρος ἐσχαρεὼν
εὐκίων φαίνοιτο, καὶ ἐν πολυκαέϊ ὄγκῳ
 ἐνστῇ, αὐγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.
ᾔδει Ἀριστοκράτης τὸ κρήγυον· ἀλλὰ γυναικῶν,
 ὤνθρωπ', ἤχθαιρεν τὴν ἀλιτοφροσύνην.

6. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἀντιγένης ὁ Γελῷος ἔπος ποτὲ τοῦτο θυγατρὶ
 εἶπεν, ὅτ' ἦν ἤδη νεύμενος εἰς Ἀΐδην·
παρθένε καλλιπάρῃε, κόρη δ' ἐμή, ἴσχε συνεργὸν
 ἠλακάτην, ἀρκεῦν κτῆμα πένητι βίῳ·
ἢν δ' ἵκῃ εἰς ὑμέναιον, Ἀχαΐδος ἤθεα μητρὸς
 χρηστὰ φύλασσε, πόσει προῖκα βεβαιοτάτην.

7. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Πέντε θανὼν κείσῃ κατέχων πόδας· οὐδὲ τὰ τερπνὰ
 ζωῆς, οὐδ' αὐγὰς ὄψεαι ἠελίου·

V. 8. *ἐνστῇ αὐγάζων.* depravata lectio, in qua hiatus quidem distinctione excusari possit, sed pro *ἐνστῇ* requiritur optativus. Parum feliciter tentavi olim *εὐτελῆ δαλόν*, quod proximis *ἐν πολυκαέϊ ὄγκῳ* non respondet. Sensui et numeris responderet: *ἐν πολυκαέϊ ὄγκῳ Στaίη ἐναυγάζων* —.

quadam solliciti. - v. 5. *ζωήν.* *τὸν ἑαυτοῦ βίον.* fulcra domus sunt liberi. Cf. Catull. LXI. 156. vir fortis *ὑψηλῆς στέγης Στῦλος* apud Aeschyl. Agamemn. 870. *στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.* Eurip. Iph. Taur. 57. - v. 6. *ἐσχαρεών - δαλὸν ἐπεσχάριον.* »nempe focus exstinctus, ut summae paupertatis indicium est, ita etiam summi moeroris.« Verba sunt Huschkii ad Tibull. I. 1, 6. ubi plura vide. Poeta in Vita Homeri Pseudoherodot. p. 737, 75. *ἀνδρὸς μὲν στέφανος παῖδες - Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.* - v. 10. *ὤνθρωπε.* sic Leonidas lectores solet alloqui. - *ἀλιτοφροσύνην.* apud Ovid. Met. X. 243. Pygmalion offensus vitiis, quae plurima menti Femineae natura dedit, sine conjuge coelebs vivebat.

6. Patris moribundi admonitio ad filiam. - v. 2. *νεύμενος.* *νεόμενος.* Il. σ. 136. *ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι.* In *εἰρεσιώνῃ* v. 11. *νεῦμαί σοι, νεῦμαι ἐνιαύσιος.* - v. 3. *συνεργόν.* Pal. VII. 726. *καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν συνέριθον ἄτρακτον Ἤεισεν.*

7. Mortis commemoratione ad bibendum et amandum invitat. -

ὥςτε λαβὼν Βάκχου ζωρὸν δέπας εἷλκε γεγηθώς,
Κίγκιε, καλλίστην ἀγκὰς ἔχων ἄλοχον.
εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι, Κλεάνθης
καὶ Ζήνων Ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον.

8. ΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ.

Ἀρκεῖ μοι χλαίνης λιτὸν σκέπας, οὐδὲ τραπέζαις
δουλεύσω, Μουσέων ἄνθεα βοσκόμενος.
μισῶ πλοῦτον ἄνουν, κολάκων τροφόν, οὐδὲ παρ' ὀφρὺν
στήσομαι· οἶδ' ὀλίγης δαιτὸς ἐλευθερίην.

9. ΑΔΗΛΟΝ.

Πῶς γενόμην; πόθεν εἰμί; τίνος χάριν ἦλθον; ἀπελθεῖν.
πῶς δύναμαί τι μαθεῖν, μηδὲν ἐπιστάμενος;
οὐδὲν ἐὼν γενόμην· πάλιν ἔσσομαι ὡς πάρος ἦα·
οὐδὲν καὶ μηδὲν τῶν μερόπων τὸ γένος.

IX. **Palladae** hoc ep. a nonnullis tribuitur, quod non improbabile. – v. 1. Fort. ἀπελθεῖν interrogative efferendum: ἢ τοῦ ἀπελθεῖν χάριν;

v. 3. ζωρὸν δέπας εἷλκε. quod ζωροποτεῖν est ap. Callimach. Fragm. CIX. et alios. – v. 5. Κλεάνθης καὶ Ζήνων, Stoicae disciplinae principes, junguntur iterum ep. 18. Quasi majorum gentium Stoicus est Cleanthes apud Cicero n. Acad. Qu. IV. 126. – Ἀΐδην. nec his sapientia profuit, quominus ad inferos descenderent. Commemorantur autem h. l. Stoici ob sapientiam rigidam et a voluptatibus abhorrentem.

8. Poeta se paupere vita contentum opulentiorum coenas, servitute emtas, sectari negat. – v. 1. χλαίνης λ. σκέπας. toga quae defendere frigus, quamvis crassa, queat. Horat. I. Serm. 3, 14. – v. 2. Μουσέων ἄνθεα. ut apes et cicadae. Cum utroque genere poetam comparat Philostr. Epist. XVII. quem opulentiori amico commendat: ὧν εἷς καὶ Κέλσος οὗτος, ᾠδαῖς παραδεδωκὼς τὸν ἑαυτοῦ βίον, ὥςπερ οἱ χρηστοὶ τέττιγες. Ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ, ἀλλὰ σιτίοις τραφείη, πεπίστευκα σοὶ μελήσειν. – v. 3. παρ' ὀφρύν. ut servus, nutum heri observans et horrens. Timon ap. Lucian. §. 5. οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προςκυνοῦντες κἀκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι.

9. Conditionis humanitatis ignarus deque sorte futura sua sollicitus, Bacchum, curarum lenimen, poscit. – v. 1. ἀπελθεῖν. vid. var. lect. – v. 3, 4. hoc distichon habetur etiam Pal.

ἀλλ' ἄγε μοι Βάκχοιο φιλήδονον ἔντυε νᾶμα·
τοῦτο γάρ ἐστι κακῶν φάρμακον ἀντίδοτον.

10. ΑΛΛΟ.

Ἤθελον ἂν πλουτεῖν, ὡς πλούσιος ἦν ποτε Κροῖσος,
καὶ βασιλεὺς εἶναι τῆς μεγάλης Ἀσίης.
ἀλλ' ὅταν ἐμβλέψω Νικάνορα τὸν σοροπηγόν,
καὶ γνῶ, πρὸς τί ποιεῖ ταῦτα τὰ γλωσσόκομα,
ἀκτήν που πάσσας, καὶ ταῖς κοτύλαις ὑποβρέξας,
τὴν Ἀσίην πωλῶ πρὸς μύρα καὶ στεφάνους.

11. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου·
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· ἐς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

XI. 2. parum commodus articulus. Probabiliter emendavit Scaliger cum aliis: μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς. nec rogum incensum vino restinguas. Vid. Kirchm. de Funerib. III. 7.

VII. 339. v. 5. 6. nisi quod in exitu hexametri legitur: ὡς πάρος οὐδέν. – οὐδὲν καὶ μηδέν. nihil sunt homines, et pro nihilo habendi.

10. Vanae divitiarum et potentiae cupiditati mortis contemplationem mederi docet. – v. 4. γλωσσόκομον. θήκη. σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. Hesych. – v. 5. ἀκτήν που πάσσας. farinam spargens. ἀκτὰ Κρηταιΐς hoc sensu est in Pal. VI. 299, 5. vinum autem inspergebatur interdum farina, ut apud Homer. Il. λ. 639. ubi in Nestoris poculo ancilla vino Pramnio mixto, ἐπὶ αἴγειον κνῆ τυρόν – ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν. ὅ ἐστιν ἐπέπασεν, interprete Eustathio. Athen. X. p. 432. B. ἔπινον δ' οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ, ubi in versibus Comici rex Seleucus vinum cum melle miscuisse dicitur: Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν τε φυράσας ὑγρόν, Κατησίμωσε πῶμα, καύματος λύσιν. Alii ἀκτήν de littore accipiunt, et huc trahunt id, quod ἀκτάζειν appellatur. Nostro loco contextus hanc explicationem non videtur admittere.

11. Impensas funeribus fieri solitas rectius viventibus adhiberi. Sententia est ut in Anacreonticis Od. IV. Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον. – v. 2. τὸ πῦρ φλέξῃς. rogum illum, quod fieri solet. Vid. var. lect. – v. 3. μεθύσκων. vino irrigans. – πηλὸν ποιήσεις. οἶνον πηλὸν ποιεῖν locutio proverbialis, de qua Dorvill. ad Charit. p. 39.

12. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ.

Πῖν', Ἀσκληπιάδη· τί τὰ δάκρυα ταῦτα; τί πάσχεις;
οὐ σὲ μόνον χαλεπὴ Κύπρις ἐληΐσατο,
οὐδ' ἐπὶ σοὶ μούνῳ κατεθήκατο τόξα καὶ ἰοὺς
πικρὸς Ἔρως. τί ζῶν ἐν σποδιῇ τίθεσαι;
πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυλος ἀώς·
ἢ πάλι κοιμιστὰν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;
πίνομεν οὖν γαλερῶς· μετά τοι χρόνον οὐκέτι πουλύν,
σχέτλιε, τὴν μακρὰν νύκτ' ἀναπαυσόμεθα.

13. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Ψηφίζεις, κακόδαιμον· ὁ δὲ χρόνος, ὡς τόκον, οὕτω
καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενος·
κοὔτε πιών, οὔτ' ἄνθος ἐπὶ κροτάφοις ἀναδήσας,
οὐ μύρον, οὐ γλαφυρὸν γνούς ποτ' ἐρωμένιον,
τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην,
ἐκ πολλῶν ὀβολὸν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

XII. 6. ἤ πάλι. Fortasse rectius: ἦ πάλι. – v. 7. πίνομεν οὐ γὰρ ἔρως. Pal. πίνωμεν γαλερῶς. Br. Scripsi: πίνομεν οὖν γαλερῶς. Eurip. Iphig. Aul. 16. στείχομεν εἴσω. Pal. V. 75. ὥστε τί ποιοῦμεν; φεύγομεν ἢ μένομεν; Plato de Rep. V. p. 461. E. ἢ πῶς ποιοῦμεν; Ib. VII. p. 530. D. ὡς ἡμεῖς συγχωροῦμεν; ἢ πῶς ποιοῦμεν; Plutarch. T. II. p. 463. A. τῶν μὲν ἀσώτων ταῖς οἰκίαις προσιόντες, αὐλητρίδος ἀκούομεν ἑωθινῆς καὶ πηλὸν ὥς τις εἶπεν οἴνου.

12. Animum tristitia dejectum vino erigere et excitare conatur. – v. 2. χαλεπή. ut Theocrit. Eid. XIII. 71. de Hercule: χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. – v. 4. ἐν σποδιῇ. quasi jam defunctus sis et in cinerem mutatus. – v. 5. δάκτυλος ἀώς. proverbialis locutio, qua diei (ἠοῦς) vitaeque adeo brevitas significatur. Alcaeus apud Athen. XI. p. 481. A. πίνωμεν· τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἀμέρα. Hoc loco dicere videtur poeta parvam diei partem superesse, quae bibendo impendi possit, neque opus esse, ut nox exspectetur et lucerna accensa, quae somnum magis adducat (κοιμιστάν), quam hilaritatem.

13. Admonitio ad avarum. Cf. supra ep. 4. – v. 1. ὡς τόκον... τίκτει. vox τόκος est a τίκτειν. In Aristoph. Nub. 1290. quum Strepsiades Amyniam interrogasset: ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον; ille respondet: τί δ' ἄλλο γ' ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν Πλέον πλέον τἀργύριον αἰεὶ γίγνεται, Ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου; – v. 5. μεγάλην διαθήκην. cedes coemtis saltibus et domo –, et exstructis in altum divitiis potietur heres. Horat. II. Od. 3, 17. ss.

14. ΑΔΗΛΟΝ.

Πῖνε καὶ εὐφραίνου· τί γὰρ αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον;
οὐδεὶς γιγνώσκει. μὴ τρέχε, μὴ κοπία.
ὡς δύνασαι, χάρισαι, μετάδος, φάγε, θνητὰ λογίζου.
τὸ ζῆν τοῦ μὴ ζῆν οὐδὲν ὅλως ἀπέχει.
πᾶς ὁ βίος τοιόςδε, ῥοπὴ μόνον· ἂν προλάβῃς, σοῦ·
ἂν δὲ θάνῃς, ἑτέρου πάντα, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

15. ΝΙΚΑΙΝΕΤΟΥ.

Οὐκ ἐθέλω, Φιλόθηρε, κατὰ πτόλιν, ἀλλὰ παρ' Ἥρῃ
δαίνυσθαι, Ζεφύρου πνεύμασι τερπόμενος.
ἀρκεῖ μοι κοίτη μὲν ὑπὸ πλευροῖσι χαμεύνα·
ἐγγὺς γὰρ προμάλου δέμνιον ἐνδαπίης,
καὶ λύγος, ἀρχαῖον Καρῶν στέφος. ἀλλὰ φερέσθω
οἶνος, καὶ Μουσέων ἡ χαρίεσσα λύρη,
θυμῆρες πίνοντες ὅπως Διὸς εὐκλέα νύμφην
μέλπωμεν, νήσου δεσπότιν ἡμετέρης.

XIV. 1. Fortasse, deleta interrogandi nota post *μέλλον*, jungendum: *οὐδεὶς γιγνώσκει, τί αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον. τί* pro *ὅ τι.* »nam rectae interrogandi formae saepe etiam in obliqua oratione admittuntur.« Herm. ad Soph. Antig. 372. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I. 2, 10.

14. Etiam hoc de brevitate vitae admonet. - v. 1. *τί γὰρ αὔριον.* Theocr. Eid. XIII. 4. *οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.* Quis scit, an adjiciant hodiernae crastina summae Tempora Di superi. Horat. IV. Od. 7, 18. ubi etiam proxima comparanda. - v. 3. *θνητά. ἃ προσήκει θνητὸν νοεῖν.* qui enim mortalia cogitat, et praesenti vita fruetur, nec in futura spes longas inchoabit. Paulo aliter Eurip id. Alc. 815. *ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.* - v. 4. *οὐδὲν ὅλως.* minimum discrimen inter utrumque. Pal. VII. 472. *τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ ὅσον ὅσσον Στιγμή, καὶ στιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον;* - v. 5. *ῥοπή.* Pal. XI. 289. *τέθνηκεν εὐθὺς ἐν ῥοπῆς καιρῷ βραχεῖ.*

15. Festi in agro ad fanum Junonis celebrandi apparatus describitur. - v. 1. *παρ' Ἥρῃ.* ad fanum Deae. Callimach. Fragm. CIII. *τοῦδε παρ' Αἰγείωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα.* Id. Fr. LXXXII. *πὰρ Διὶ ἔθυσεν.* ubi Deus ponitur pro templo, in quo colitur. - v. 3. *κοίτη χαμεύνα.* ut in simili festo ap. Theocrit. Eid. VII. 132. *ἔν τε βαθείαις Ἀδείας σχίνοιο χαμευνίσιν ἐκλίνθημες.* - v. 5. *λύγος.* Cares se ob oraculum salice amerina coronare solebant. Athen. XV. p. 673. B. - v. 8. *νήσου.* Sami. De cultu Junonis, cujus antiquissimum in hac insula tem-

16. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Λευκοΐνους πάλι δὴ καὶ ψάλματα, καὶ πάλι Χίους
οἴνους, καὶ πάλι δὴ σμύρναν ἔχειν Συρίην,
καὶ πάλι κωμάζειν, καὶ ἔχειν πάλι διψάδα πόρνην,
οὐκ ἐθέλω· μισῶ ταῦτα τὰ πρὸς μανίην.
ἀλλά με ναρκίσσοις ἀναδήσατε, καὶ πλαγιαύλων
γεύσατε, καὶ κροκίνοις χρίσατε γυῖα μύροις,
καὶ Μιτυληναίῳ τὸν πνεύμονα τέγξατε Βάκχῳ,
καὶ συζεύξατέ μοι φωλάδα παρθενικήν.

17. ΜΑΚΚΙΟΥ.

Αὐτός, ἄναξ, ἔμβαινε θοῷ πηδήματι, ληνοῦ
λακτιστής, ἔργου δ' ἡγέο νυκτερίου,

XVI. 1. λευκοΐνους. durum pro στεφάνους λευκοΐων, ut dixit Theocrit. Eid. VII. 64. Fortasse: Λευκόϊ' οὐ πάλι δή – negatione juncta cum οὐκ ἐθέλω.

plum fuit, vid. Panofka Res Sam. c. IV. p. 57. ss.

16. Splendidum convivii apparatum prae simplici repudiat. – v. 1. λευκοΐνους. si sincera est lectio, accipiendum vocabulum de στεφάνοις ἐκ λευκοΐων, qui flos inter praestantissimos flores coronarios numeratur. – ψάλματα. concentum instrumentorum, citharoedis et tibicinibus mercede conductis. – Χίους οἴνους. Chia vina aut Lesbia. Horat. Epod. IX. 34. – Συρίην. Idem in commemoratione convivii II. Od. 7, 6. saepe diem mero Fregi, coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. – v. 3. διψάδα. vinosam aut avidam, ut rapax domina est apud Tibull. II. 4, 25. rapacis Cinarae apud Horat. I. Ep. XIV. 33. – v. 4. τὰ πρὸς μανίην. τὰ μανιώδη. ut Aeschyl. Pers. 568. πρὸς ἀνάγκην pro ἀνάγκῃ. – v. 5. πλαγιαύλων γεύσατε. tibiarum modulationis aliquid mihi exaudiendum praebete. Hanc vim enim habet verbum γεύειν, ut nonnisi aliquem, nec plenum alicujus rei fructum significet. – v. 7. πνεύμονα τέγξατε. οἴνῳ πνεύμονα τέγγε dixit Alcaeus ap. Plutarch. T. II. p. 698. A. – v. 8. φωλάδα. puellam e lustro, i. e. lupanari. Quis devium scortum eliciet domo? Horat. II. Od. 11, 21.

17. Bacchus rogatur, ut uvas calcantibus adesse velit; ut ap. Virgil. Georg. II. 6. spumat plenis vindemia labris. Huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis. Satyros

λεύκωσαι πόδα γαῦρον, ἐπιῤῥώσαι δὲ χορείην
λάτριν, ὑπὲρ κούφων ζωσάμενος γονάτων·
εὔγλωσσον δ' ὀχέτευε κενούς, μάκαρ, ἐς πιθεῶνας
οἶνον, ἐπὶ ψαιστοῖς καὶ λασίῳ χιμάρῳ.

18. ΠΟΣΙΔΙΠΠΟΥ.

Κεκροπὶ ῥαῖνε λάγυνε πολύδροσον ἰκμάδα Βάκχου,
ῥαῖνε, δροσιζέσθω συμβολικὴ πρόποσις.
σιγάσθω Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος, ἅ τε Κλεάνθους
μοῦσα· μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

XVII. 4. λάτριν cum χορείην conjunctum ab elegante hujus epigrammatis simplicitate abhorret. Exspectatur commemoratio vestimenti cum ζωσάμενος juncti, ut v. c. νεβρίδ' ὑπὲρ κούφων ζωσάμενος γονάτων. Sed lenius quid requirimus.

cum Silenis uvas calcantes commemorat Nicander Alex. 30. solita ubertate describit Nonnus Dion. XII. 337. ss. Haud raro haec spectantur in anaglyphis. Vid. Welcker Zeitschr. I. p. 323. ss. – v. 3. λεύκωσαι. nova pressantes inquinet uva pedes. Propert. III. 15, 19. Peragebatur hoc negotium ad tibiae cantum, ut ap. Athen. V. p. 199. A. quin etiam ὕμνοι ἐπιλήνιοι commemorantur et ἐπιλήνιον ᾆσμα. Longus IV. p. 109. in tabulae pictae descriptione: πανταχοῦ Σάτυροι πατοῦντες, πανταχοῦ Βάκχαι χορεύουσαι· οὐδὲ ὁ Πὰν ἠμέλητο· ἐκαθέζετο δὲ καὶ αὐτὸς συρίζων ἐπὶ πέτρας, ὅμοιος ἐνδιδόντι κοινὸν μέλος καὶ τοῖς πατοῦσι καὶ ταῖς χορευούσαις. – ἐπιῤῥώσαι, vim et vigorem adde. χορείην λάτριν. choream operi alacrius faciendo inservientem ejusque tamquam ministram. – v. 5. εὔγλωσσον οἶνον. fecundi calices quem non fecere disertum? Horat. Epp. I. 5, 19. – v. 6. ἐπὶ ψαιστοῖς. ἐπί conditionem deo propositam significat.

18. Omissis rigidae praeceptis sapientiae, Baccho et Amori indulgere statuit. – v. 1. Κεκροπί. laudata fictilia Attica. Athen. I. p. 28. C. praecipue ex argilla Coliadis. ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος κεκεραμευμένον. Plutarch. T. II. p. 42. D. Cf. Suid. in Κωλιάδος κεραμῆες. Κυλίκεσσιν Ἀθηναιεῦσιν est ap. Pindar. Fragm. 89. – v. 2. δροσιζέσθω. madeat vino compotatio (convivae) συμβολική, quia de symbolis coenabant. – v. 3. Ζήνων κύκνος ob venerabilem senectutem. Κλεάνθους μοῦσα. non philosophus solum, sed poeta, cujus etiam hymnus in Jovem exstat. Utrumque conjunxit supra Marcus Argentar. ep. VII. 5, 6.

19. ΜΑΚΡΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀρχαίη σύνδειπνε, καπηλικὰ μέτρα φιλεῦσα,
εὔλαλε, πρηΰγελως, εὔστομε, μακροφάρυξ,
αἰὲν ἐμῆς πενίης βραχυσύμβολε μύστι, λάγυνε,
ἦλθες ὅμως ὑπ' ἐμὴν χεῖρά ποτε χρόνιος.
αἴθ' ὄφελες καὶ ἄμικτος ἀνύμφευτός τε παρείης,
ἄφθορος ὡς κούρη πρὸς πόσιν ἐρχομένη.

20. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐθραύσθης ἡδεῖα παρ' οἰνοπόταισι λάγυνε,
νηδύος ἐκ πάσης χευαμένη Βρόμιον.
τηλόθε γὰρ λίθος εἰς σὲ βαρύστονος, οἷα κεραυνός,
οὐ Διὸς ἐκ χειρῶν, ἀλλὰ Δίωνος ἔβη.
ἦν δὲ γέλως ἐπὶ σοί, καὶ σκώμματα πυκνά, τυπείσης,
καὶ πολὺς ἐξ ἑτάρων γιγνόμενος θόρυβος.
οὐ θρηνῶ σε, λάγυνε, τὸν εὐαστῆρα τεκοῦσαν
Βάκχον, ἐπεὶ Σεμέλη καὶ σὺ πεπόνθατ' ἴσα.

19. Poetae tamquam amantis verba ad lagenam. – v. 1. *καπηλικὰ μέτρα.* poeta pauperior vinum non ex cella, sed ex caupona petebat. – v. 2. *εὔλαλε.* Pal. IX. 232. *Ἀδριακοῖο κύτους λαιμὸς τοπάλαι μελίγηρυς.* – *πρηΰγελως.* etiam hoc epitheton referendum ad suavem sonum vini guttatim e lagena profluentis. De leni fluctuum murmure Aeschyl. Prom. 90. *κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα.* Oppian. Hal. IV. 334. *Κύματος ἀκροτάτοιο γέλως ὅθι χέρσον ἀμείβει.* – v. 3. *πενίης μύστι.* paupertatis meae conscia testis, nec ipsa larga vini copia instructa; hinc *βραχυσύμβολος.* – v. 4. verba in hunc modum debent accipi: *χρόνιος μὲν, ἀλλ' ὅμως ἦλθες ὑπ' ἐμὴν χεῖρα.* Sic enim *ὅμως* interdum praeponitur participio aut verbis participii loco positis. Theogn. 997. *τόλμα, θυμέ, κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς.* Apoll. Rh. I. 99. *ἀλλά ἑ τηλύγετόν περ ὅμως καὶ μοῦνον ἐόντα Πέμπεν.* Ib. I. 896. *μνώεο μὴν ἀπεών περ ὅμως καὶ νόστιμος ἤδη.* – v. 5. *ἄμικτος* et *ἀνύμφευτος* verba ambigua, nec minus virgini viri experti, quam lagenae vinum merum gestanti conveniunt. – v. 6. tamquam puella casta et incorrupta ad sponsum deducta.

20. De lagena in compotatione lapidis jactu fracta. – v. 6. *θόρυβος* de hilari saepissime strepitu, plaudentium imprimis. – v. 7. *τεκοῦσαν*, *ἐκχεύσασαν*, respectu habito ad comparationem cum Semele; quae et ipsa ventre rupto partum effudit.

21. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Κωμάζω, χρύσειον ἐς ἑσπερίων χορὸν ἄστρων
 λεύσσων, οὐδ' ἄλλων λὰξ ἐβάρυν' ἀόρους·
στέψας δ' ἀνθόβολον κρατὸς τρίχα, τὴν κελαδεινὴν
 πηκτίδα μουσοπόλοις χερσὶν ἐπηρέθισα.
καὶ τάδε δρῶν εὔκοσμον ἔχω βίον· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
 κόσμος ἄνευθε λύρης ἔπλετο καὶ στεφάνου.

22. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ὕδατος ἀκρήτου κεκορημένῳ ἄγχι παραστὰς
 χθιζὸν ἐμοὶ λεχέων Βάκχος ἔλεξε τάδε·
εὕδεις ἄξιον ὕπνον ἀπεχθομένων Ἀφροδίτῃ·
 εἰπέ μοι, ὦ νήφων, πεύθεαι Ἱππολύτου;
τάρβει, μή τι πάθῃς ἐναλίγκιον. Ὣς ὁ μὲν εἰπὼν
 ᾤχετ'· ἐμοὶ δ' ἀπὸ τῆς οὐκέτι τερπνὸν ὕδωρ.

XXI. 2. ἐβαρυναορος. Pal. ἐβάρυνα χορούς. Plan. Br. quod sensum idoneum non habet. Recepi emendationem Schaeferi. Notanda forma ἄορος, quae alibi est ἄωρος, sed ex illa procul dubio natum ὦρος, quod habet Callimach. Fr. CL. πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασεν ὦρον ἄπο. ὦρος γὰρ ὁ ὕπνος. Etymol. M.

21. Se a mundo astrisque coeli vivendi leges petere testatur; sic ut κόσμον aemulatus, comissando et potando vitam εὔκοσμον agat. Omne hujus epigrammatis acumen lusu verborum et ambiguitate vocis κόσμος continetur. – v. 1. ἑσπερίων. nocturnorum siderum. Sic νὺξ ἑσπερίη est ap. Apoll. Rh. II. 42. Oppian. Cyn. III. 52. et alios. – χορὸν ἄστρων. Tibull. II. 1, 88. jam nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. Lucian. de Salt. §. 7. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων καὶ εὔτακτος ἁρμονία. – v. 2. οὐδ' ἄλλων. nec aliorum turbavi somnos, quod alii plerumque faciunt, dum ἀκόσμως comissantur. – v. 6. κόσμος. coelum quoque lyram habet sidus et coronam.

22. Bacchum per quietem visum aquae usum ipsi interdixisse narrat. – v. 1. ὕδατος ἀκρήτου. ὕδωρ ἄκρατον habet Sophron. ap. Athen. II. p. 44. B. ἄκρητον γάλα. Od. ι. 297. – v. 3. ἀπεχθ. Ἀφρ. Veneris numen cum Baccho conjunctum, et sine Baccho Venus frigere dicitur. – v. 6. ἀπὸ τῆς. pro vulgari ἀπ' ἐκείνου. ab eo inde tempore. Alii aliud supplent. Sed vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 443 et 547.

23. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὠκύμορόν με λέγουσι δαήμονες ἀνέρες ἄστρων·
εἰμὶ μέν, ἀλλ' οὔ μοι τοῦτο, Σέλευκε, μέλει.
εἰς Ἀΐδην μία πᾶσι καταίβασις· εἰ δὲ τάχιον
ἡμετέρη, Μίνω θᾶσσον ἐποψόμεθα.
πίνωμεν· καὶ δὴ γὰρ ἐτήτυμον εἰς ὁδὸν ἵππος
οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς Ἀΐδην.

24. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ὑπνώεις, ὦ 'ταῖρε· τὸ δὲ σκύφος αὐτὸ βοᾷ σε·
ἔγρεο, μὴ τέρπου μοιριδίῃ μελέτῃ.
μὴ φείσῃ, Διόδωρε· λάβρος δ' εἰς Βάκχον ὀλισθών,
ἄχρις ἐπὶ σφαλεροῦ ζωροπότει γόνατος.
ἔσσεθ', ὅτ' οὐ πιόμεσθα, πολύς, πολύς· ἀλλ' ἄγ' ἐπείγου·
ἡ συνετὴ κροτάφων ἅπτεται ἡμετέρων.

25. ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Σφάλλομαι ἀκρήτῳ μεμεθυσμένος· ἀλλὰ τίς ἄρα
σώσει μ' ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον;
ὡς ἄδικον θεὸν εὗρον, ὁθείνεκεν αὐτὸς ἐγώ σε,
Βάκχε, φέρων ὑπὸ σοῦ τἄμπαλι παρφέρομαι.

23. Memor vaticiniorum, quae brevem ipsi vitae terminum portendunt, se ad potandum excitat. – v. 2. εἰμὶ μέν, ὠκύμορος sc. ut omnes mortales. – v. 4. *Μίνω*. ut *Ἀπόλλω*, *Ποσειδῶ* et similia. Vid. Buttm. Gr. maj. §. 55. 2. – v. 5. οἶνος ἵππος. ex Cratino. Vide supra cap. IV. ep. 65.

24. Dormientem convivam ad potandum excitat. – v. 2. μοιριδίῃ μελέτῃ. somnus imago mortis ejusque simulacrum; quare qui somno indulgent, mortem (τὸν μοιρίδιον θάνατον. Orpheus Arg. 1295.) meditari videntur. Similiter Pal. XI. 300. silentium ut mortis μελέτη commendatur, moneturque loquax: σίγα, καὶ μελέτα ζῶν ἔτι τὸν θάνατον. – v. 4. ἄχρις ἐπί. donec labantur genua. – v. 5. πολύς, πολύς. χρόνος sc. – v. 6. ἡ συνετή. πολιὴ θρὶξ συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης. Pal. V. 112. λευκαί με κατασπείρουσιν ἔθειραι – συνετῆς ἄγγελοι ἡλικίης. Pal. XI. 41.

25. Poeta vino probe prolutus de Bacchi iniquitate conqueritur. – v. 2. σαλευόμενον. Pal. XII. 31. ἀκρήτου καὶ τὸ σκύφος, ᾧ σεσάλευμαι. – v. 3. ὁθείνεκεν. quandoquidem. Buttm. Gr. maj. §. 29. Not. 40. p. 121. – v. 4. παρφέρομαι. in transversum agor. Ebrii σφαλερὸν βαδίζουσι καὶ παράφορον. Lucian. Vit. Auct. §. 12. Callistrat. Stat. 3. de Indo μεμεθυσμένῳ p. 148, 31. παράφορος εἱστήκει, οὐ δυνάμενος ἐρείδειν τὼ πόδε.

26. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Ἤθελον οὐ χρυσόν τε καὶ ἄστεα μυρία γαίης,
οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας εἶπεν Ὅμηρος ἔχειν,
ἀλλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσειε Λυαίῳ,
χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου,
καὶ γεραρῶν συνέπινε λάλος χορός· οἱ δὲ περισσοὶ
ἀνέρες ἐργατῖναι κάμνον ἐφ' ἡμερίσιν.
οὗτος ἐμὸς πολὺς ὄλβος, ἀεὶ φίλος· οὐδ' ἀλεγίζω
τῶν χρυσέων ὑπάτων, τὴν φιάλην κατέχων.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Χανδοπόται, βασιλῆος ἀεθλητῆρες Ἰάκχου,
ἔργα κυπελλομάχου στήσομεν εἰλαπίνης,
Ἰκαρίου σπένδοντες ἀφειδέα δῶρα Λυαίου·
ἄλλοισιν μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα,
ἧχι βόες καὶ ἄροτρα, καὶ ἱστοβοεὺς καὶ ἐχέτλη,
καὶ στάχυς, ἁρπαμένης ἴχνια Φερσεφόνης.
εἴποτε δὲ στομάτεσσι βαλεῖν τινα βρῶσιν ἀνάγκη,
ἀσταφὶς οἰνοπόταις ἄρκιος ἢ Βρομίου.

26. Opes et divitias repudiat prae voluptate ex conviviis capienda. – v. 1. *χρυσόν.* in toto hoc loco poetae obversabantur dona Achilli ab Agamemnone oblata Il. ι. 264. ss. quae ille repudiat, ne accepturus quidem, *οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.* – v. 5. *οἱ δὲ περισσοί.* homines severitatis molestae et importunae, augendae rei unice intentos, ad vites colendas amandat, unde ipse cum amicis vinum potet. *συνέπινε* et *ἔκαμνον* pendent ab *ἵνα.* – v. 8. *τῶν χρυσέων ὑπάτων.* consules sub Imperatoribus Constantinopolitanis auratis trabeis ornati procedebant. Claudian. I. 178. Cf. Ibid. VIII. 584. ss. aurati iisdem fasces tribuuntur apud Claud. XXVIII. 646.

27. Potatores hortatur, ut Cereris muneribus neglectis vini tantum latice fruantur. – v. 1. *ἀεθλητῆρες.* qui poculorum numero inter se certant, unde convivium ipsum *εἰλαπίνη κυπελλόμαχος.* *ἔργα* periphrasi inservit, ut *ἔργα μάχης*, *ἀκόντων* et similia. – v. 3. *Ἰκαρίου Λυαίου.* vinum Pramnium, quod est in Icaro, unde etiam *οἶνος Ἰκάριος*, de quo multa sunt ap. Athen. I. p. 30. B. C. – v. 5. *ἧχι.* in agricultura nihil jucundi, omnia laborum et molestiae plena, boves, vomeres, temones et similia; et ipsae denique fruges lacrimosum Proserpinae raptum in memoriam revocant. – v. 7. *βαλεῖν, ἐμβαλεῖν.* ut Phocylid. 174. *μηδὲ τεῇ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάλοιο.* Append. Epigr. 373. *ἢν δὲ βάλῃ κοίλης κοτὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ.*

28. *ΠΑΛΛΑΔΑ.*

Πᾶσι θανεῖν μερόπεσσιν ὀφείλεται, οὐδέ τις ἔστιν
αὔριον εἰ ζήσει θνητὸς ἐπιστάμενος.
τοῦτο σαφῶς, ἄνθρωπε, μαθὼν εὔφραινε σεαυτόν,
λήθην τοῦ θανάτου τὸν Βρόμιον κατέχων.
τέρπεο καὶ Παφίῃ, τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων·
τἄλλα δὲ πάντα Τύχῃ πράγματα δὸς διέπειν.

29. *ΑΔΗΛΟΝ.*

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ,
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

30. *ΖΩΝΑ.*

Δός μοι τοὐκ γαίης πεπονημένον ἁδὺ κύπελλον,
ᾇς γενόμην, καὶ ὑφ' ᾇ κείσομ' ἀποφθίμενος.

31. *ΕΥΗΝΟΥ.*

Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολύ, μηδ' ἐλάχιστον·
ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος, ἢ μανίης.

28. Ad hodierni diei fructum invitat. Carpe diem, quam minimum credula postero. Horat. I. Od. XI. 8. Expressi in hoc epigr. versus Euripidis Alc. 798. *βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται· κοὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅςτις ἐξεπίσταται, τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Τὰ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἶ προβήσεται. – Ταῦτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα, Εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς Τύχης.* Horat. IV. Od. 7, 17. quis scit an adjiciant hodiernae crastina summae Tempora Di superi. – v. 5. *ἐφημέριον βίον ἕλκειν.* in diem vivere. Pal. VII. 736. *περιπλάνιον βίον ἕλκων.* Gregor. Naz. ap. Murator. p. 197. *ὦ μοναχοί, μοναχῶν βίον ἕλκετε.*

29. Tempore utendum esse rosae exemplo docet. Versus proverbialis est ap. Suidam. *ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν.* riget amissa spina relicta rosa. Ovid. II. A. A. 116.

31. De justo vini modo justaque mixtura. – v. 2. *ἢ λύπης ἢ μανίης.* ob rixam et insanos amores, quos testam continere ait Horat. III. Od. 21, 3. praeter jocos et somnum. –

χαίρει κιρνάμενος δὲ τρισὶν Νύμφαισι τέταρτος·
  τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος.
εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν Ἔρωτας,
  βαπτίζει δ' ὕπνῳ γείτονι τῷ θανάτου.

32. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Αὐτοθελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος· ὃς δέ χ' ἀνάγκῃ,
  ὑβριστὴς οἴνῳ τ' ἐστὶ καὶ οἰνοπότῃ.
τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα· τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
  πολλάκι πρὸς Λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
πουλυμεθεῖς χαίροιτε. τὸ δ' ὁππόσον ἡδὺ ποθῆναι,
  μέτρον ἐμοὶ πάσης ἄρκιον εὐφροσύνης.

33. ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ.

Αὔριον εἰς λιτήν σε καλιάδα, φίλτατε Πείσων,
  ἐξ ἐνάτης ἕλκει μουσοφιλὴς ἕταρος,

XXXI. 3. commodius haec verba sic collocabuntur: *χαίρει δὲ τρισὶ κιρνάμενος Νύμφαισι τέταρτος.*

v. 4. *θαλάμοις.* in Veneris usu, ut videtur; vehementius idem spirans, *εἰ πολὺς πνεύσειεν*, et Amorem aversatur, et in somnium, amori inutilem, immergit. *ὑπὸ μέθης βαπτιζόμενος εἰς ὕπνον.* Clem. Alex. Paed. II. p. 182. – v. 6. *γείτονι.* Xenoph. *K. Π.* VIII. 7, 21. *ἐννοήσατε δέ, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδέν ἐστιν ὕπνου.*

32. Necessitatis leges bibendo adhibitas vituperat. Similiter Horatius II. Serm. 6, 67. in conviviis rure celebratis, prout cuique libido est, Siccat inaequales calices conviva, solutus Legibus insanis. – v. 3. *γαίῃ, εἰς γῆν.* – *τὸν δέ, τὸν οἰνοπότην.* – v. 6. *μέτρον.* justa in bibendo mensura. *εὐφροσύνης.* voluptatis ex conviviis ducendae.

33. Pisonem, nobilem amicum, ad vicesimae festum, *τὴν εἰκάδα*, celebrandum invitat. Est is Lucius Piso, Ciceronis adversarius, ab hoc in plurimis orationibus vehementer laceratus, ubi etiam ejus cum Philodemo amicitia commemoratur. – v. 1. *καλιάδα.* tugurium aedes suas modeste appellat. Supra cap. IV. ep. 77. *Ἐκάλης φιλοξείνοιο καλιήν.* et mox ep. 40. *κενεή σε περιστέψαιτο καλιή.* – v. 2. *ἐξ ἐνάτης ὥρας.* nona hora sobrii homines et negotiosi coenabant. – *ἕλκει.* invitat. Pal. XII. 175. *Τάν-*

εἰκάδα δειπνίζων ἐνιαύσιον· εἰ δ' ἀπολείψῃς
οὔθατα καὶ Βρομίου χιογενῆ πρόποσιν,
ἀλλ' ἑτάρους ὄψει παναληθέας, ἀλλ' ἐπακούσῃ
Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα·
ἢν δέ ποτε στρέψῃς καὶ ἐς ἡμέας ὄμματα, Πείσων,
ἄξομεν ἐκ λιτῆς εἰκάδα πιοτέρην.

34. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατο κοῦρος,
νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἢν δέ νιν εἴργῃς
μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

35. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οἴσω, ναὶ μὰ σέ, Βάκχε, τὸ σὸν θράσος· ἀγέο, κώμων
ἄρχε· θεὸς θνατὰν ἀνιοχεῖ κραδίαν·

XXXIII. 5. ὄψει. hanc formam habet Pal. IX. 555, 4. ὄψει καὶ ἀκούσῃ. Lucian. de Salt. §. 5.

ταλον ἐς πότον ἕλκε. – v. 3. εἰκάδα. Epicurus non solum diem suum natalem, sed etiam vicesimum uniuscujusque mensis ab amicis discipulisque coena celebrari jusserat; unde Epicurei εἰκαδισταί appellabantur. Diog. Laert. X. 18. Cicero II. de Fin. §. 101. Philodemus cum Pisone Epicuri disciplinae adscriptus, hunc diem quotannis (εἰκάδα ἐνιαύσιον) videtur celebrasse. – v. 3. εἰ δέ – ἀλλά. de his particulis sic se excipientibus vid. supra cap. IV. ep. 34, 1. – οὔθατα. sumen Romanis in deliciis. Vid. Interpp. Juvenal. XI. 137. – v. 6. Φαιήκων. quibus αἰεὶ δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε. Od. θ. 248. Fortasse h. l. imprimis Demodoci cantus respiciuntur. – v. 7. στρέφειν τὰ ὄμματα εἴς τινα dicuntur Dii, tum patroni. Amatorium quid in his verbis vir doctus perperam suspicatus est.

34. De Bacchi cum Nymphis consuetudine. – v. 1. ἐκ πυρός. Nonn. Dion. VIII. 397. κόλπου δ' αἰθομένοιο διαθρώσκοντα τεκούσης Βάκχον ἐπουρανίη μαιώσατο φειδομένη φλόξ. Philostrat. Imagg. I. 14. p. 25. καὶ ἀπόλλυται μὲν ἡ Σεμέλη, τίκτεται δὲ Διονύσιος, οἶμαι, νὴ Δία, πρὸς τὸ πῦρ. – v. 3. τοὔνεκα. hanc ob caussam Bacchus cum Nymphis conjunctus, h. e. aqua temperatus, bibentibus gratus et utilis; a Nymphis sejunctus, idem merus ignis et infestus.

35. Baccho, apud quem frustra perfugium ab Amore quaesiverat, malam adversus suppli-

ἐν πυρὶ γενναθεὶς στέργεις φλόγα τὰν ἐν Ἔρωτι,
καί με πάλιν δήσας τὸν σὸν ἄγεις ἱκέτην.
ἦ προδότας κἄπιστος ἔφυς, τεὰ δ᾽ ὄργια κρύπτειν
αὐδῶν, ἐκφαίνειν τἀμὰ σὺ νῦν ἐθέλεις.

36. ΑΔΗΛΟΝ. οἱ δὲ ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡ.

Γλευκοπόταις Σατύροισι καὶ ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ
Ἡρῶναξ πρώτης δράγματα φυταλιῆς,
τρισσῶν οἰνοπέδων τρισσοὺς ἱερώσατο τούςδε,
ἐμπλήσας οἴνου πρωτοχύτοιο, κάδους·
ὧν ἡμεῖς σπείσαντες, ὅσον θέμις, οἴνοπι Βάκχῳ
καὶ Σατύροις, Σατύρων πλείονα πιόμεθα.

37. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Ἀνέρες, οἷσι μέμηλεν ἀπήμονος ὄργια Βάκχου,
ἐλπίσιν ἡμερίδων ῥίψατε τὴν πενίην.
αὐτὰρ ἐμοὶ κρητὴρ μὲν ἔοι δέπας· ἄγχι δὲ ληνὸς
ἀντὶ πίθου, λιπαρῆς ἔνδιον εὐφροσύνης.

XXXVII. 4. ἄγχι πίθος. Plan. ἀντί. Pal. quod praecedentibus

cem fidem exprobrat. – v. 3. ἐν πυρί. Anth. Lat. I. 33. Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris; Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dii. – v. 4. me, qui supplex ad te confugeram, vinculis constrictum, retro agis rursusque Amoris servitio tradis. – v. 5. κρύπτειν αὐδῶν. i. e. κελεύων. Sic λέγειν etiam saepe jubendi vim habet. – v. 6. ἐκφαίνειν. Horat. Epod. XI. 13. Inverecundus deus Fervidiore mero Arcana promorat loco.

36. Primitiae vindemiarum Baccho et Satyris dedicantur, simulque compotatio instituitur. – v. 1. γλευκοπόταις. Cap. I. ep. 68, 6. ἐγχθονίου γλευκοπότης κύλικος. – v. 2. δράγματα. ἀπαρχαί. – φυταλιῆς. agri vitibus consiti. – v. 6. Σατύρων πλ. πιόμεθα. Horat. II. Od. 7, 26. non ego sanius Bacchabor Edonis.

37. Laudes Bacchi, hilaritatem et fortitudinem praebentis. – v. 2. ῥίψατε τὴν πενίην. Ovid. I. A. A. 237. vina parant animos – Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit: Tunc dolor et curae rugaque frontis abit. Cf. Horat. III. Od. 21, 24. ss. – v. 3. pro poculo sit crater; pro cado ipse lacus. – v. 4. ἔνδιον. vinum, laetitiae datorem, gerens; ut fere de amphora Ho-

αὐτίκα δ' ἡμετέροιο πιὼν κρητῆρα Λυαίου
πασὶ Καναστραίοις μάρναμαι, ἣν ἐθέλῃς.
οὐ τρομέω δὲ θάλασσαν ἀμείλιχον, οὐδὲ κεραυνούς,
πιστὸν ἀταρβήτου θάρσος ἔχων Βρομίου.

38. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἡμεῖς μὲν πατέοντες ἀπείρονα καρπὸν Ἰάκχου
ἄμμιγα βακχευτὴν ῥυθμὸν ἀνεπλέκομεν.
ἤδη δ' ἄσπετον οἶδμα κατέρρεεν· οἷα δὲ λέμβοι
κισσύβια γλυκερῶν νῆχεν ὑπὲρ ῥοθίων,
οἷσιν ἀρυσσάμενοι σχέδιον ποτὸν ἤνομεν ἤδη,
θερμῶν Νηϊάδων οὐ μάλα δευόμενοι.
ἡ δὲ καλὴ ποτὶ ληνὸν ὑπερκύπτουσα Ῥοδάνθη
μαρμαρυγῇς κάλλους νᾶμα κατηγλάϊσεν.
πάντων δ' ἐκδεδόνηντο θοαὶ φρένες, οὐδέ τις ἡμέων
ἦεν, ὃς οὐ Βάκχῳ δάμνατο καὶ Παφίῃ.
τλήμονες. ἀλλ' ὁ μὲν εἷρπε παραὶ ποσὶν ἄφθονος ἡμῖν·
τῆς δ' ἄρ' ὑπ' ἐλπωρῇ μοῦνον ἐπαιζόμεθα.

39. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Βρέγμα πάλαι λαχναῖον, ἐρημαῖόν τε κέλυφος
ὄμματος, ἀγλώσσου θ' ἁρμονίη στόματος,

magis accommodatum. – v. 6. μαρναμένην ἐθέλῃς. Pal. quod emendavit Hermannus.

XXXVIII. 4. νήχετ' ὑπέρ. Pal. νήχεθ' ὑπέρ. Vulgo. νῆχεν recte emendavit Wernicke ad Tryphiodor. p. 272.

rat. l. c. v. 2. 3. – v. 6. πασὶ Καναστραίοις. vel cum Gigantibus pugnam susceperim. Lycophr. 526. τὸν Καναστραῖον μέγαν Γίγαντα. ubi Schol. Κάναστρα. ἀκρωτήριον μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θράκης, οὗ πλησίον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες. Καναστραίη ἄκρη vocatur ap. Herodot. VII. 122.

3. De Troja omnibus pristini splendoris sui ornamentis privata, nominis autem claritatem servante. – v. 1. κεῖνα. nobilitata illa et illustria moenia, deorum manibus exstructa. – v. 2. κράατα. victimarum, quae plurimae ibi mactabantur, crania, templis ornandis adhiberi solita. In nonnullis veterum templis hujusmodi taurorum et ovium crania, veteris consuetudinis symbola, inter metopas conspiciuntur sculpta. – v. 3. Παφίης ἀλάβαστρα. vasa unguentaria; ut nardi onyx ap. Horat. IV. Od. XII. 17. Συρίῳ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα juxta Adonidem posita commemorantur apud Theocr. Eid. XV. 114. In alabastro unguenta optime servari existimabantur. – v. 4. δείκελον. Palladium significatur, tamquam patriae et indigenae deae simulacrum. – v. 5. χρονίη χύσις. temporis lapsus; metaphora ducta a fluminibus. κυματόεσσα χύσις. Oppian. Hal. I. 4. χύσις ὕδατος. Arat. Phaen. v. 393. Similiter de Romae ruinis Anth. Lat. III. 5. longa tuos fastus aetas destruxit et arces – Non tamen annorum series, non flamma nec ensis, Aeternum potuere hoc abolere decus. – v. 7. τόσον. hactenus, in tantum.

4. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Ἰλήκοις, πολιοῦχε, σὲ μὲν χρυσαυγέϊ νηῷ,
ὡς θέμις, ἡ τλήμων Ἴλιος ἠγασάμην.
ἀλλὰ σύ με προλέλοιπας ἑλώριον· ἀντὶ δὲ μήλου
πᾶσαν ἀπεδρέψω τείχεος ἀγλαΐην.
ἄρκιον ἦν θνήσκειν τὸν βουκόλον· εἰ γὰρ ἄθεσμος
ἔπλετο, τῆς πάτρης οὐκ ἀλίτημα τόδε.

5. *ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.*

Εἰ μὲν ἀπὸ Σπάρτης τις ἔφυς, ξένε, μή με γελάσσῃς·
οὐ γὰρ ἐμοὶ μούνῃ ταῦτα τέλεσσε Τύχη.
εἰ δέ τις ἐξ Ἀσίης, μὴ πένθεε· Δαρδανικοῖς γὰρ
σκήπτροις Αἰνεαδῶν πᾶσα νένευκε πόλις.
εἰ δὲ θεῶν τεμένη, καὶ τείχεα, καὶ ναετῆρας
ζηλήμων δηΐων ἐξεκένωσεν ἄρης,
εἰμὶ πάλιν βασίλεια· σὺ δ', ὦ τέκος, ἄτρομε Ῥώμη,
βάλλε καθ' Ἑλλήνων σῆς ζυγόδεσμα δίκης.

4. Troja Minervae irae impotentiam et vindictam ultra modum severam exprobrat. — v. 1. *χρυσαυγεϊ νηῷ. εὐστύλων ναῶν χρυσήρεις θριγκοί* **sunt ap. Euripid. Iphig. T. 128. Habebat autem Minerva templum in arce Trojae. — v. 3.** *ἑλώριον.* **praedam hostibus prodidisti. Apoll. Rh. II. 264.** *λοίσθιον Ἁρπυίῃσιν ἑλώριον.* **—** *ἀντὶ δὲ μήλου.* **pro malo tibi negato, Veneri tributo. — v. 4.** *ἀπεδρέψω. ἀφείλου.* **decerpendi verbum fortasse cum respectu ad malum a poeta usurpatum. — v. 5.** *εἰ γὰρ ἄθεσμος.* **si injusta sententia de te pronuntiata peccavit.**

5. Troja ad praetereuntes de fortuna sua. — v. 1. *μή με γελάσσῃς.* **in Spartanorum regis gratiam dirutam. — v. 2.** *οὐ γὰρ ἐμοὶ μούνῃ.* **respicitur urbium belli Trojani tempore florentium misera conditio. Vid. ep. 7. sqq. imprimis autem de Sparta ep. 15. — v. 3. Junge:** *Δαρδανικοῖς σκήπτροις Αἰνεαδῶν.* **gloriatur urbs, quod Dardanorum imperium ad Romanos, Aeneadas, transierit, quibus jam orbis terrarum pareat,** *νένευκε.* **Verbum** *νεύειν* **h. l. dictum ut de animalibus, quae capite inclinato jugum recipiunt. — v. 6.** *ἐξεκένωσεν.* **pro** *ἐξέπερσε,* **diripuit. Zeugma duriusculum. — v. 8.** *ζυγόδεσμα δίκης.* **jugum pro illata injuria merito illis impositum.**

6. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. οἱ δὲ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ.

Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους·
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

7. ΕΥΗΝΟΥ.

Ξεῖνοι, τὴν περίβωτον ἐμὲ πτόλιν, Ἴλιον ἱρήν,
τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κληζομένην,
αἰῶνος τέφρη κατεδήδοκεν· ἀλλ' ἐν Ὁμήρῳ
κεῖμαι, χαλκείων ἕρκος ἔχουσα πυλῶν.
οὐκέτι με σκάψει Τρωοφθόρα δούρατ' Ἀχαιῶν,
πάντων δ' Ἑλλήνων κείσομαι ἐν στόματι.

6. Troja, sive locus ille, qui pro vetere Trojae sede habebatur, a Julio Caesare et Augusto agro et immunitate donatus, ab Hadriano autem exornatus, de conditione sua, victorum olim sorte longe beatiore, gloriatur. Latina hujus epigr. interpretatio est in Anth. Lat. I. 103. quae tamen an veteris sit, non constat. – v. 1. *Ἀρήϊον αἷμα.* ob fortitudinem. Il. δ. 98. *αἴ κεν ἴδῃ Μενέλαον Ἀρήϊον, Ἀτρέος υἱόν.* – *κατὰ χθ. εἴ που ἀκούεις.* supra cap. IV. 44. *εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα.* Virgil. Aen. IV. 386. Dabis, improbe, poenas; Audiam, et haec Manes veniet mihi fama sub imos. – v. 5. *παρίστασο.* ad Achillem accede eique nuntia. Homerica locutio, apud quem *παρίστατο καὶ προσέειπε* et similia.

7. Eadem urbs se, quamvis solo aequatam, in Homeri tamen carminibus stare et florere ait. – v. 2. *πύργοις κληζομένην.* moenibus illustrem, ob moenia celebratam. – v. 3. *αἰῶνος τέφρη.* cineres et favillae, quibus per longum tempus operta fui, me penitus consumserunt, haud aliter ac cadaver temporis lapsu cineribus confectum. Sic in ara *περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.* Callim. H. in Apoll. 84. – v. 4. *χαλκείων πυλῶν.* firmissimarum, fere ut de Tartaro Il. θ. 15. *ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.* Tibull. I. 3, 72. aeratas excubat ante fores. – v. 6. *κείσομαι ἐν στόματι.* Theogn. 239. *εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ Ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.* Pal. IX. 92. *πολλάκι μοι κεῖσαι ἐν σελίσιν.*

8. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΡΓΕΙΟΥ.

Ἡ πρὶν ἐγὼ Περσῆος ἀκρόπολις αἰθερίοιο,
ἡ πικρὸν Ἰλιάδαις ἀστέρα θρεψαμένη,
αἰπολίοισιν ἔναυλον ἐρημαίοισιν ἀνεῖμαι,
τίσασα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας.

9. ΜΟΥΝΔΟΥ ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ.

Ἡ πολύχρυσος ἐγὼ τὸ πάλαι πόλις, ἡ τὸν Ἀτρειδῶν
οἶκον ἀπ' οὐρανίου δεξαμένη γενεῆς,
ἡ Τροίην πέρσασα θεόκτιτον, ἡ βασίλειον
ἀσφαλὲς Ἑλλήνων οὖσά ποθ' ἡμιθέων,
μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη,
τῶν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ' ἔχουσα μόνον.
Ἴλιον ἆ Νεμέσει μεμελημένον, εἴ γε, Μυκήνης
μηκέθ' ὁρωομένης, ἐσσί, καὶ ἐσσὶ πόλις.

VIII. 3. ἀνεῖσα. Pal. De verbo ἀνεῖναι vel ἀνιέναι, agrum non colere, quod potissimum fiebat agro aliquo diis consecrato, unde consecrandi notionem habet, dixit Valcken. ad Herodot. II. 65. p. 134, 79.

8. In Mycenas, olim heroum patriam, nunc a gregibus depastas. Μυκῆναι ἠρήμωνται πανώλεθρον. Pausan. VIII. 33. – v. 1. αἰθερίοιο. ut Πλειάδες αἰθέριαι in Rheso 530. – v. 2. πικρὸν ἀστέρα. infestum, στυγνόν. Sic Il. λ. 61. Hectore ad pugnam progresso, οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ – Ὣς Ἕκτωρ. – v. 3. αἰπολίοισιν. Cf. Epigr. IX. 5. X. 4. – v. 4 δαίμοσι. manibus Priami apud inferos. Phalaris Epist. XX. p. 104. de muliere defuncta: καὶ τὸν ἐκείνης δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε οὕτω κατασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι εἰκός. ubi vid. Lennep.

9. In eandem urbem, Nemesios poenas passam. – v. 1. πολύχρυσος. perpetuum Mycenarum epitheton. Il. η. 180. – v. 2. ἀπ' οὐρανίου. a Jove enim originem habent. – v. 6. οὔνομ' ἔχουσα μόνον. haud aliter de Graecia Anth. Lat. III. 1. Fama manet, fortuna perit – Exigua ingentis retinet vestigia famae, Et magnum infelix nil nisi nomen habet. – v. 7. εἴ γε. caussam effati reddit: quandoquidem. – v. 8. μηκέθ' ὁρωομένης. Eustath. ad Il. β. p. 219, 30. Μυκῆναι – κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὡς μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι. – ἐσσί. superes, nec superes tantum, sed urbs es. Ad mutatam hanc Trojae fortunam Cassandra vates animum dirigens ap. Propert. IV. 1, 53. vertite equum, Danai: male vincitis; Ilia tellus Vivet, et huic cineri Jupiter arma dabit. Anth. Lat. III. 2. – Agamemnonias, dices, quum videris arces: Heu victrix victa vastior urbe jaces.

6. ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. οἱ δὲ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ.

Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους·
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

7. ΕΥΗΝΟΥ.

Ξεῖνοι, τὴν περίβωτον ἐμὲ πτόλιν, Ἴλιον ἱρήν,
τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κληζομένην,
αἰῶνος τέφρη κατεδήδοκεν· ἀλλ' ἐν Ὁμήρῳ
κεῖμαι, χαλκείων ἕρκος ἔχουσα πυλῶν.
οὐκέτι με σκάψει Τρωοφθόρα δούρατ' Ἀχαιῶν,
πάντων δ' Ἑλλήνων κείσομαι ἐν στόματι.

6. Troja, sive locus ille, qui pro vetere Trojae sede habebatur, a Julio Caesare et Augusto agro et immunitate donatus, ab Hadriano autem exornatus, de conditione sua, victorum olim sorte longe beatiore, gloriatur. Latina hujus epigr. interpretatio est in Anth. Lat. I. 103. quae tamen an veteris sit, non constat. – v. 1. *Ἀρήϊον αἷμα.* ob fortitudinem. Il. δ. 98. *αἴ κεν ἴδῃ Μενέλαον Ἀρήϊον, Ἀτρέος υἱόν.* – *κατὰ χθ. εἴ που ἀκούεις.* supra cap. IV. 44. *εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα.* Virgil. Aen. IV. 386. Dabis, improbe, poenas; Audiam, et haec Manes veniet mihi fama sub imos. – v. 5. *παρίστασο.* ad Achillem accede eique nuntia. Homerica locutio, apud quem *παρίστατο καὶ προσέειπε* et similia.

7. Eadem urbs se, quamvis solo aequatam, in Homeri tamen carminibus stare et florere ait. – v. 2. *πύργοις κληζομένην.* moenibus illustrem, ob moenia celebratam. – v. 3. *αἰῶνος τέφρη.* cineres et favillae, quibus per longum tempus operta fui, me penitus consumserunt, haud aliter ac cadaver temporis lapsu cineribus confectum. Sic in ara *περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη.* Callim. H. in Apoll. 84. – v. 4. *χαλκείων πυλῶν.* firmissimarum, fere ut de Tartaro Il. θ. 15. *ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.* Tibull. I. 3, 72. aeratas excubat ante fores. – v. 6. *κείσομαι ἐν στόματι.* Theogn. 239. *εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ Ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.* Pal. IX. 92. *πολλάκι μοι κείσεαι ἐν σελίσιν.*

8. ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΑΡΓΕΙΟΥ.

Ἡ πρὶν ἐγὼ Περσῆος ἀκρόπτολις αἰθερίοιο,
ἡ πικρὸν Ἰλιάδαις ἀστέρα θρεψαμένη,
αἰπολίοισιν ἔναυλον ἐρημαίοισιν ἄνειμαι,
τίσασα Πριάμου δαίμοσιν ὀψὲ δίκας.

9. ΜΟΥΝΔΟΥ ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ.

Ἡ πολύχρυσος ἐγὼ τὸ πάλαι πόλις, ἡ τὸν Ἀτρειδῶν
οἶκον ἀπ' οὐρανίου δεξαμένη γενεῆς,
ἡ Τροίην πέρσασα θεόκτιτον, ἡ βασίλειον
ἀσφαλὲς Ἑλλήνων οὖσά ποθ' ἡμιθέων,
μηλόβοτος κεῖμαι καὶ βούνομος ἔνθα Μυκήνη,
τῶν ἐπ' ἐμοὶ μεγάλων οὔνομ' ἔχουσα μόνον.
Ἴλιον ἆ Νεμέσει μεμελημένον, εἴ γε, Μυκήνης
μηκέθ' ὁρωομένης, ἐσσί, καὶ ἐσσὶ πόλις.

VIII. 3. ἀνεῖσα. Pal. De verbo ἀνεῖναι vel ἀνιέναι, agrum non colere, quod potissimum fiebat agro aliquo diis consecrato, unde consecrandi notionem habet, dixit Valcken. ad Herodot. II. 65. p. 134, 79.

8. In Mycenas, olim heroum patriam, nunc a gregibus depastas. Μυκῆναι ἠρήμωνται πανώλεθρον. Pausan. VIII. 33. – v. 1. αἰθερίοιο. ut Πλειάδες αἰθέριαι in Rheso 530. – v. 2. πικρὸν ἀστέρα. infestum, στυγνόν. Sic Il. λ. 61. Hectore ad pugnam progresso, οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀστὴρ – Ὣς Ἕκτωρ. – v. 3. αἰπολίοισιν. Cf. Epigr. IX. 5. X. 4. – v. 4 δαίμοσι. manibus Priami apud inferos. Phalaris Epist. XX. p. 104. de muliere defuncta: καὶ τὸν ἐκείνης δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε οὕτω κατασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι εἰκός. ubi vid. Lennep.

9. In eandem urbem, Nemesios poenas passam. – v. 1. πολύχρυσος. perpetuum Mycenarum epitheton. Il. η. 180. – v. 2. ἀπ' οὐρανίου. a Jove enim originem habent. – v. 6. οὔνομ' ἔχουσα μόνον. haud aliter de Graecia Anth. Lat. III. 1. Fama manet, fortuna perit – Exigua ingentis retinet vestigia famae, Et magnum infelix nil nisi nomen habet. – v. 7. εἴ γε. caussam effati reddit: quandoquidem. – v. 8. μηκέθ' ὁρωομένης. Eustath. ad Il. β. p. 219, 30. Μυκῆναι – κατεσκάφησαν ὑπ' Ἀργείων, ὡς μηδ' ἴχνος εὑρίσκεσθαι. – ἐσσί. superes, nec superes tantum, sed urbs es. Ad mutatam hanc Trojae fortunam Cassandra vates animum dirigens ap. Propert. IV. 1, 53. vertite equum, Danai: male vincitis; Ilia tellus Vivet, et huic cineri Jupiter arma dabit. Anth. Lat. III. 2. – Agamemnonias, dices, quum videris arces: Heu victrix victa vastior urbe jaces.

10. ΑΛΦΕΙΟΥ.

Ἡρώων ὀλίγαι μὲν ἐν ὄμμασιν, αἱ δ' ἔτι λοιπαὶ
πατρίδες οὐ πολλῷ γ' αἰπύτεραι πεδίων,
οἵην καὶ σέ, τάλαινα, παρερχόμενός γε Μυκήνην
ἔγνων, αἰπολίου παντὸς ἐρημοτέρην,
αἰπολικὸν μήνυμα· γέρων δέ τις, ἢ πολύχρυσος,
εἶπεν, Κυκλώπων τῇδ' ἐπέκειτο πόλις.

11. ΠΟΜΠΗΙΟΥ. οἱ δὲ ΜΑΡΚΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Εἰ καὶ ἐρημαίη κέχυμαι κόνις ἔνθα Μυκήνη,
εἰ καὶ ἀμαυροτέρη παντὸς ἰδεῖν σκοπέλου,
Ἴλου τις καθορῶν κλεινὴν πόλιν, ἧς ἐπάτησα
τείχεα, καὶ Πριάμου πάντ' ἐκένωσα δόμον,
γνώσεται ἔνθεν ὅσον πάρος ἔσθενον· εἰ δέ με γῆρας
ὕβρισεν, ἀρκοῦμαι μάρτυρι Μαιονίδῃ.

X. 2. οὐ πολλῶν αἰπύτεραι. Pal. Plan. πολλόν. Br. πολλῷ γ emendavi. Oppian. Cyn. II. 552. οὐ πολλῷ μείζων. – v. 4. αἰπολίου nonnihil offendit ob proximum αἰπολικὸν μήνυμα, non quod idem vocabulum repetitur, sed quod eadem res. Mallem legi: ἔγνων, φεῦ σκοπέλου παντὸς ἐρημοτέρην. ut in proximo epigr. v. 2.

10. In eandem urbem. – v. 2. οὐ πολλῷ. non multum super campos eminent. – v. 4. αἰπολίου. in desertis enim ἐσχατιαῖς, et saxosis saepe regionibus caprarum greges pascuntur. – v. 5. γέρων. αἰπόλος puta, praetereuntibus quae sequuntur narrans. – v. 6. Κυκλώπων. Supra cap. IV. 6. Κυκλωπείη τε Μυκήνη. De murorum genere, quod Cyclopum nomine appellant, multa a viris doctis disputata sunt. Vide imprimis A. Hirtium in Wolfii Anal. I. p. 153. et Diar. univ. Jenense an. 1811. Intell. Bl. 4 et 5.

11. Idem tractatur argumentum, ita tamen, ut urbs annis et vetustate confecta Homeri se testimonio consoletur. – v. 3. ἧς ἐπάτησα τείχεα. tale quid de Roma vaticinatur Horat. Epod. XVI. 11. Barbarus heu cineres insistet victor et urbem Eques sonante verberabit ungula. – v. 4. ἐκένωσα. Cf. supra ep. V. 6. – v. 5. ἔνθεν, ἐκ τούτου. – γῆρας ὕβρισεν. ut corpus formosum et robustum senectute deformatur et debilitatur. Rutil. Itiner. I. 13. nos indignemur mortalia corpora solvi? Cernimus exemplis oppida posse mori.

12. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἄργος, Ὁμηρικὲ μῦθε, καὶ Ἑλλάδος ἱερὸν οὖδας,
καὶ χρυσέη τὸ πάλαι Περσέος ἀκρόπολι,
ἐσβέσαθ' ἡρώων κείνων κλέος, οἵ ποτε Τροίης
ἤρειψαν κατὰ γῆς θειόδομον στέφανον.
ἀλλ' ἡ μὲν κρείσσων ἐστὶν πόλις· αἱ δὲ πεσοῦσαι
δείκνυσθ' εὐμύκων αὖλια βουκολίων.

13. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τόν με λίθον μέμνησο τὸν ἠχήεντα, παρέρπων
Νισαίην· ὅτε γὰρ τύρσιν ἐτειχοδόμει

12. Trojae conditio comparatur cum conditione earum urbium, unde olim victores prodierant. - v. 1. Ὁμηρικὲ μῦθε. de qua urbe tam saepe fit sermo in carminibus Homericis. Himer. Or. XIV. 35. Icarum ait μῦθον γενέσθαι μετὰ τῶν πτερῶν τοῖς ὕστερον (celebratum fuisse hominibus). Propert. II. 1, 21. Pergama nomen Homeri. - Ἑλλὰς h. l. pro urbis nomine accipiendum et Achillis patria. Strabo IX. p. 659. C. - v. 3. ἐσβέσαθ' ἡρ. haeremus in his. Si est ἐσβέσατε, Mycenae et Argos urbes dicuntur exstinxisse nomen et laudem heroum, qui inde orti Trojam everterunt: quod absurdum; si est ἐσβέσατο, aoristo medii vis passiva debet tribui, (gloria heroum exstincta est) quam vim non habet. Jos. Scaliger emendavit ἐσβέσθ' ἡρ. quod ob elisionem litterae η non potest ferri. Rectius scripseris: ἔσβηθ' ab ἔσβην, exstinctae estis, periistis; quo admisso, verba ἡρώων κλέος pro appositione habenda sunt. Illae urbes enim, Argos et Mycenae, ut ab heroibus inde ortis splendorem acceperunt, ita vicissim heroibus gloriandi materiam tribuerunt. Hoc sensu κλέος ἡρώων bene de his urbibus dicitur. Ἔσβη pro ἐσβέσθη, ut ἀπέσβη pro ἐπαύσατο, illustravit Ruhnk. ad Timae. p. 40. Ut hoc loco de urbe, sic Pal. IX. 178. de Rhodo insula: ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισιν ἀκτίς. Ib. IX. 128. σβέννυντο πηγαί. Hesiod. E. καὶ H. 590. γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων. De puero olim formoso Pal. XII. 39. ἐσβέσθη Νίκανδρος. - v. 5. αἱ δέ. pro ὑμεῖς δέ. ut infra ep. 29. v. 7. αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ Σάρδιες ἐμβυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

13. De miraculo saxi vocalis apud Megarenses, quam fabulam illustrat Ovid. Met. VIII. 14. Regia turris erat, vocalibus addita muris, In quibus auratam proles Letoïa fertur Deposuisse lyram: saxo sonus ejus inhaesit. Saepe illuc solita est adscendere filia Nisi, Et petere exiguo resonantia saxa lapillo. Narrat etiam Pausan. I. 42. et Virgil. in Ciri v. 105. ss. De Alcathoo, Pelopis filio, Theognis v. 773. Φοῖβε ἄναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργωσας πόλιν ἄκρην, Ἀλκαθόῳ Πέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. Plura de eo vid. apud Boeckh. Expl. Pindar. Ol. VII. 86. p. 176. - v. 2. Νισαίην.

Ἀλκάθοος, τότε. Φοῖβος ἐπωμαδὸν ἦρε δομαῖον
λᾶα, Λυκωρείην ἐνθέμενος κιθάρην.
ἔνθεν ἐγὼ λυραοιδός· ὑποκρούσας δέ με λεπτῇ
χερμάδι, τοῦ κόμπου μαρτυρίην κόμισαι.

14. ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

Τὸν μέγαν Ἀκροκόρινθον Ἀχαιϊκόν, Ἑλλάδος ἄστρον,
καὶ διπλῆν Ἰσθμοῦ σύνδρομον ἠϊόνα
Λεύκιος ἐστυφέλιξε· δοριπτοίητα δὲ νεκρῶν
ὀστέα σωρευθεὶς εἷς ἐπέχει σκόπελος.
τοὺς δὲ δόμον Πριάμοιο πυρὶ πρήσαντας Ἀχαιοὺς
ἀκλαύστους κτερέων νόσφισαν Αἰνεάδαι.

15. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἁ πάρος ἄδμητος καὶ ἀνέμβατος, ὦ Λακεδαῖμον,
καπνὸν ἐπ' Εὐρώτᾳ δέρκεαι Ὠλένιον,

Steph. Byz. *Νισαίαια. ἐπίνειον Μεγαρίδος, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς.* etiam Megara ipsa. Ptolemae. III. 15. – v. 3. *ἐπωμαδὸν ἦρε δομαῖον λᾶα.* ut ap. Apoll. Rh. I. 737. Amphion et Zethus fratres ad Thebarum moenia *δομαίους* dicuntur advexisse: *Ζῆθος μὲν ἐπωμαδὸν ἠερταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη* Philippus Anth. Pal. IX. 11. *τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων.* – v. 4. *Λυκωρείην. Λυκωρεῖς* antiquitus appellabantur Delphici. – v. 5. *ὑποκρούσας.* Pausan. l. c. *ἣν τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταὐτὰ οὗτος ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα.* – v. 6. *κόμπου.* h. l. res ipsa, qua quis *κομπάζει.*

14. De Corintho a Lucio Mummio (ann. ante Chr. 146) expugnata. – v. 1. *Ἀκροκόρινθον.* montis nomen, in quo arx, in immanem altitudinem edita, ut Livius ait XLV. 28. quae praesidio firmata peninsulam prorsus a continente secludit. Quare Philippus, Demetrii filius, Corinthum *πέδας τῆς Ἑλλάδος* appellare solebat. Plutarch. Vit. Arati c. 16. Plin. H. N. IV. 4, 5. colonia Corinthus antea Ephyra dicta – e summa sua arce, quae vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene, diversa duo maria prospectans. – v. 2. *σύνδρομον ἠϊόνα.* accipiendum de binis Isthmi littoribus, duo maria ab occasu et ortu solis finitima arctis faucibus dirimentibus. Livius l. c. – v. 3. *ἐστυφέλιξε.* dejecit, evertit, pessumdedit. Pal. VII. 665. *κῦμα δὲ ναύτας Ἀθρόον ἐς κοίλην ἐστυφέλιξεν ἅλα.* – v. 6. *ἀκλαύστους.* ossa caesorum congesta, ipsi supremis honoribus privati sunt. Od. λ. 53. *σῶμα – κατελείπομεν ἡμεῖς Ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον.*

15. In Lacedaemonem ab Achaeis bello devictam. Historia est ap. Livium XXXVIII. 32. s. – v. 2. *καπνόν.* gloriari solebant

ἄσκιος· οἰωνοὶ δὲ κατὰ χθονὸς οἰκία θέντες
μύρονται· μήλων δ' οὐκ ἀΐουσι λύκοι.

16. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Στρυμόνι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένον Ἑλλησπόντῳ
ἠρίον Ἠδωνῆς Φυλλίδος, Ἀμφίπολι,
λοιπά τοι Αἰθοπίης Βραυρωνίδος ἴχνια νηοῦ
μίμνει, καὶ ποταμοῦ τἀμφιμάχητον ὕδωρ,
τὴν δέ ποτ' Αἰγείδαις μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθὲς
τρῦχος ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν.

XVI. 3. λοιπὰ μίμνει. pro λείπεται, nisi Antipater scripsit: λεπτά τοι – ἴχνια μίμνει, quo imago templi diruti paulo fieret vividior.

Lacedaemonii, ὅτι γυνὴ Λάκαινα καπνὸν οὐχ ἑώρακε πολέμιον. Plutarch. Vit. Agesil. cap. 31. Quum in bello Thebano hostes domos circum urbem incenderent, τῶν ἐκ τῆς πόλεως αἱ μὲν γυναῖκες οὐδὲ τὸν καπνὸν ὁρῶσαι ἠνείχοντο, ἅτε οὐδέποτε ὁρῶσαι πολεμίους. Xenoph. Hellen. VI. 5, 28. – Ὠλένιον, urbs Achaiae Olenus, una foederatarum civitatum. Est igitur καπνὸς Ὠλένιος fumus e castris Achaeorum, qui, incursione in agrum Laconicum facta, omnia ferro et igne vastaverant; hinc ἄσκιος, ob arbores excisas. Gravis in sequentibus devastatae regionis significatio.

16. De Amphipoli urbe in utraque Strymonis ripa posita. – v. 2. Φυλλίδος. Phyllis, Edonorum apud Thracas regina, Demophoontem, Thesei filium, ex bello Trojano redeuntem, domo sua recepit. Paulo post ille iter prosequitur, pollicitus se, rebus suis compositis, rediturum esse. Qui die constituta quum non venisset, illa eo die dicitur novies ad littus cucurrisse, unde ille locus ἐννεάοδος appellatus est. Tum desiderio mariti vitam suspendio finivit, et ad Strymonem sepulta est. Vid. Meziriac ad Ovidii Epist. II. p. 124. Sepulcrum puellae et δρόμον ἐννεάκυκλον commemorat Coluth. R. H. v. 213. ss. Oppidum ibi conditum loci nomen accepit; postea Amphipolis nuncupatum est. Hinc apparet, cur ἠρίον vocetur. Sed quo jure tandem poeta Amphipolin conditam dicit ad Hellespontum, a quo longo intervallo distat? Strymon effunditur in Sinum Pierium. – v. 3. Αἰθοπίης Βραυρωνίδος. Steph. Byz. Αἰθόπιον· χωρίον Λυδίας – ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθοπία. Pal. VI. 269. Αἰθοπία με κόρα Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀριστώ. – Βραυρωνία, Diana, a Braurone in Attica, quem locum deae sacris cultuque celeberrimum fuisse constat. Vid. Meineke ad Euphorion. p. 147. s. Hujus igitur deae templum etiam Amphipoli fuerat, ejusque Antipatri aevo vestigia cernebantur. – v. 4. ἀμφιμάχητον. ob bella inter Spartanos, Athenienses et Macedonas de illa urbe pugnata. Hinc v. 5. ἔρις, rixae et belli caussa, Αἰγείδαις, Atheniensibus, fuisse dicitur. – ἁλιανθὲς τρῦχος. tanquam pannum purpureum, splendidae olim vestis fru-

17. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Οἵους ἀνθ' οἵων οἰκήτορας, ὦ ἐλεεινή,
εὕραο· φεῦ μεγάλης Ἑλλάδος ἀμμορίης.
αὐτίκα καἰγείρης χθαμαλωτέρη εἴθε, Κόρινθε,
κεῖσθαι, καὶ Λιβυκῆς ψάμμου ἐρημοτέρη,
ἢ τοίοις διὰ πᾶσα παλιμπρήτοισι δοθεῖσα
θλίβειν ἀρχαίων ὀστέα Βακχιαδῶν.

18. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ποῦ τὸ περίβλεπτον κάλλος σέο, Δωρὶ Κόρινθε;
ποῦ στεφάναι πύργων; ποῦ τὰ πάλαι κτέανα;
ποῦ νηοὶ μακάρων, ποῦ δώματα, ποῦ δὲ δάμαρτες
Σισύφιαι, λαῶν θ' αἵ ποτε μυριάδες;

XVII. 3. αὐτίκα καὶ γᾶς ἡ χθ. Pal. unde Γάζης fecit Hermannus, quae urbs et ipsa terrae motu eversa est. Oracul. Sibyll. III. p. 401. Posui in textu, quod sensum haberet commodum, nec a codicis scriptura longe abesset. Cogitabam etiam de καἰγαίης – Aegaei maris fluctibus mersa; sed ambigo an tum χθαμαλωτέρη satis sit commodum, quamquam Brunckius non dubitavit corrigere: ὤφελες ἡ πόντου χθαμαλωτέρη εἶθε, Κόρινθε, κεῖσθαι. Certe si χθαμαλώτερος reperiretur pro κατώτερος, praeferrem καἰγαίης.

stum. Tali comparatione de Smyrna utitur Aristides Oratt. T. I. p. 231. ubi urbem ornamentis refertam dicit, ὥσπερ οἱ κατάπαστοι χιτῶνες.

17. Miseram Corinthi conditionem deplorat, pessima jam servitia pro optimis civibus alentis. Respicitur libertinorum colonia, a Julio Caesare in urbem desertam missa; quod consilium multis laudibus prosequitur Dio Cass. XLIII. 50. Corinthum et Carthaginem ab eo inde tempore reviviscere coepisse testatus. – v. 3. Junge: εἴθε, Κόρινθε, αὐτίκα κεῖσθαι χθαμαλωτέρη Αἰγείρης –. Rarior constructio particulae εἴθε cum infinitivo. Pal. IX. 408. εἴθε με παντοίοισιν ἔτι πλάζεσθαι ἀήταις. Vid. Herm. ad Viger. p. 757. Optat poeta, ut Corinthus terra prius fuerit hausta, ut Aegira, Peloponnesi urbs, quam cum Bura et Helice terrae motu vastatam esse constat. Philo Opp. T. II. p. 514. – v. 6. Βακχιαδῶν. nobilis Bacchiadarum familia per plura saecula summum Corinthi tenuerat imperium, donec a Cypselo eversa et ejecta est.

18. Ejusdem urbis eversionem et direptionem deplorant Nereides. Cf. supra Agathiae epigr. 3. similia de Troja conquestum. – v. 4. Σισύφιαι. matronae nobiles, a Sisypho, prisco Corinthi rege, genus ducentes; fere ut Romuli nepotes pro Romanis ap. Catull. XLIX. et Remi nepotes ap. eund. LVIII. –

οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἴχνος, πολυκάμμορε, σεῖο λέλειπται,
πάντα δὲ συμμάρψας ἐξέφαγεν πόλεμος.
μοῦναι ἀπόρθητοι Νηρηΐδες, Ὠκεανοῖο
κοῦραι, σῶν ἀχέων μίμνομεν ἀλκυόνες.

19. *ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.*

Εἴθε με παντοίοισιν ἔτι πλάζεσθαι ἀήταις,
ἢ Λητοῖ στῆναι μαῖαν ἀλωομένῃ·
οὐκ ἂν χητοσύνην τόσον ἔστενον. οἴ ἐμὲ δειλήν,
ὅσσαις Ἑλλήνων νηυσὶ παραπλέομαι,
Δῆλος ἐρημαίη, τὸ πάλαι σέβας. ὀψέ μοι Ἥρη
Λητοῦς, ἀλλ' οἰκτρὴν τήνδ' ἐπέθηκε δίκην.

20. *ΑΛΦΕΙΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΟΥ.*

Λητοῦς ὠδίνων ἱερὴ τροφέ, τὴν ἀσάλευτον
Αἰγαίῳ Κρονίδης ὡρμίσατ' ἐν πελάγει,

v. 5. *οὐδ' ἴχνος.* idem de clarissimis Achaiae urbibus Seneca dicit Ep. XCI. earum jam fundamenta consumta esse, nec quidquam exstare, ex quo appareat illas saltem fuisse. – v. 6. *ἐξέφαγεν πόλεμος.* Oracul. Sibyll. III. p. 442. *πόλεμον – Ὄψονται τ' ἰδίας κτήσεις καὶ πλοῦτον ἅπαντα Ἐχθρὸν καρπίζοντα.* – v. 8. *ἀλκυόνες.* halcyon querula avis. Il. *ι.* 562. *Ἀλκυόνην καλέεσκον ἐπώνυμον, οὕνεκ' ἄρ' αὐτῆς Μήτηρ, Ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα, Κλαῖε.* Consol. ad Liviam v. 107. Halcyonum tales ventosa per aequora questus Ad surdas tenui voce sonantur aquas.

19. Delos insula, olim florentissima, de vastatione conqueritur, quae insecuta est bellum Mithridaticum, quo Menophanes *εἰς ἔδαφος κατέβαλε τὴν Δῆλον.* Pausan. III. 23. – v. 1. *εἴθε με – πλάζεσθαι.* vid. ad ep. 17, 3. – v. 2. *ἤ.* supple *μᾶλλον,* quod vi continetur in praecedentibus verbis. Vid. Herm. ad Viger. p. 884. Accurate de hoc idiotismo disputavit Nitzsch. in commentatione Ioni Platonis subjecta. Rei ipsius satis notae explicationem pete ex Callim. H. in Delum. – *ἀλωομένῃ.* de hac verbi forma vid. Thiersch. Gr. §. 220. 73. – v. 4. *ὅσσαις νηυσί.* contra atque olim fiebat. Respicitur enim Callimachus l. c. v. 315. *τίς δέ σε ναύτης Ἔμπορος Αἰγαίοιο παρήλυθε νηῒ θεούσῃ;* – v. 6. *Λητοῦς.* genitivus caussae. Hesiod. Theog. 472. *τίσαιτο δ' Ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο, παίδων.* – *ὀψέ μοι – ἀλλά.* Pal. IX. 771. *νῦν μῦθος Ὁμήρου Ὀψὲ μέν, ἀλλ' εὗρεν πίστιν.* Ib. VII, 349. *ὀψὲ μέν, ἀλλ' ἔθανον.*

20. Hoc epigramma superiori oppositum. Nec in mutata sua conditione miseram esse dicendam insulam, quae deos apud se natos viderit. – v. 2. *ὡρμίσατο.* pro *ἔθηκεν, ἐποίησε.* Fuerat

οὔ τι σε δειλαίην, μὰ θεούς, δέσποινα, βοήσω,
δαίμονας, οὐδὲ λόγοις ἔφομαι Ἀντιπάτρου.
ὀλβίζω δ', ὅτι Φοῖβον ἐδέξαο, καὶ μετ' Ὄλυμπον
Ἄρτεμις οὐκ ἄλλην ἢ σὲ λέγει πατρίδα.

21. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Νῆσοι ἐρημαῖαι, τρύφεα χθονός, ἃς κελαδεινὸς
ζωστὴρ Αἰγαίου κύματος ἐντὸς ἔχει,
Σίφνον ἐμιμήσασθε καὶ αὐχμηρὴν Φολέγανδρον,
τλήμονες, ἀρχαίην δ' ὠλέσατ' ἀγλαΐην.
ἦ ῥ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἕνα τρόπον ἥ ποτε λευκὴ
Δῆλος, ἐρημαίου δαίμονος ἀρξαμένη.

22. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Κλεινὴν οὐκ ἀπόφημι· σὲ γὰρ προπάροιθεν ἔθηκαν
κλήζεσθαι πτηνοί, Τῆνε, Βορηϊάδαι.
ἀλλὰ καὶ Ὀρτυγίην εἶχε κλέος, οὔνομα δ' αὐτῆς
ἤρχετο Ῥιπαίων ἄχρις Ὑπερβορέων.

XXI. 5. ἡ τότε. Vulgo.

enim φερομένη καὶ σαλεύουσα, donec eam deus jussit στῆναι ἐν μέσοις τοῖς κύμασι καὶ μηκέτι εἶναι πλωτήν. Himer. Or. IV. 2. – v. 3. δέσποινα. numen insulae, quod simul cum insula ipsa intelligendum. Vid. Boeckh. ad Pindar. Ol. VII. 13. p. 169.

21. De vastitate insularum maris Aegaei. – v. 1. τρύφεα χθονός. quasi frusta et fragmenta terrae per mare sparsa. – v. 3. αὐχμ. Φολέγανδρον. σιδηρείη appellata διὰ τὴν τραχύτητα. Strabo X. p. 484. Quam contemta jacuerit, docent haec Solonis ap. Diog. Laert. I. 27. εἴην δή ποτ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης, ἀντί γ' Ἀθηναίου. – v. 4. ἀγλαΐην. nitentes Cyclades et fulgentes sunt ap. Horat. I. Od. XIV. 20. et III. 28, 14. ob pristinam beatitudinem, non, quod nonnulli existimant, ob marmoris in nonnullis earum reperti splendorem. – v. 5. ἕνα τρόπον. τὴν αὐτὴν τύχην, quam δαίμονα vocat v. 6. – ἐδίδαξεν. praeiverat exemplo, tamquam chorum in illa tragoedia ducens. – λευκή, λαμπρά. secunda fortuna, quam candidam Latini vocant.

22. Tenus, parva insula, cum Delo comparatur. – v. 1. κλεινήν. te laude florere non nego; sed noli hac tua laude superbire; nam Delos quoque floruit, quae nunc misere jacet. – v. 2. Βορηϊάδαι. Zetes et Calaïs, in Teno sepulti. Hercules enim – ἄθλων Πελίαο δεδουπότος ἂψ ἀνιόντας Τήνῳ ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνεν, καὶ ἀμήσατο γαῖαν ἀμφ' αὐτοῖς. Apoll. Rhod. I. 1304. – v. 3. Ὀρτυγίην. Vid. supra cap. I. ep. 24. – v. 4. ἄχρις Ὑπερβορέων. unde primitiae Delum mitti solebant. Callim. Hymn. in Del. 279. ss.

νῦν δὲ σὺ μὲν ζώεις, ἡ δ' οὐκέτι· τίς κεν ἐώλπει
ὄψεσθαι Τήνου Δῆλον ἐρημοτέρην;

23. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Οὗτος ὁ Λειάνδροιο διάπλοος, οὗτος ὁ πόντου
πορθμός, ὁ μὴ μούνῳ τῷ φιλέοντι βαρύς·
ταῦθ' Ἡροῦς τὰ πάροιθεν ἐπαύλια, τοῦτο τὸ πύργου
λείψανον, ὁ προδότης ὧδ' ἐπέκειτο λύχνος.
κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει τάφος, εἰσέτι καὶ νῦν
κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμφομένους ἀνέμῳ.

24. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ὡς πάρος Ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἁ Ῥόδος εἰμὶ
νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτίς,
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
πῶς εἴπω, τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν ὅς μ' ἀνίδυ[?]
ἐξ ἁλός· ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομέναν.

XXIV. 3. γενεάν. Pal. με νέα. Plan.

23. De Hellesponto, atque de Herus et Leandri amoribus. – v. 2. μὴ μούνῳ. non soli Leandro infestus, sed Hero quoque, quae in turri ibi habitans, haud procul a littore, Veneri marinae, ut videtur, operabatur. Musaeus v. 32. Ἡρὼ – πύργον ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ. – v. 4. ὁ προδότης. quod Leandro per fretum natante exstinctus est. Musae. 328. καὶ δὴ λύχνον ἄπιστον ἀπέσβεσε πικρὸς ἀήτης, Καὶ ψυχὴν καὶ ἔρωτα πολυτλήτοιο Λεάνδρου. quibus verbis illustratur etiam v. 6. φθονερῷ ἀνέμῳ.

24. Rhodus insula se Neroni non minus quam Solis olim beneficio debere testatur. Quodnam his versibus celebretur beneficium, et de quo Nerone agatur, ambigitur. Tiberium Neronem plures annos Rhodi commoratum esse, insulamque terrae motu vastatam sublevasse constat. Vid. Sueton. Vit. Tiber. c. 14. Verum et Claudius Nero beneficiis Rhodios dicitur affecisse, libertate reddita. Sueton. Vit. Neron. c. 7. Prius cum Antiphili vita melius videtur convenire. – v. 1. Ἀελίου. nam insula, sicut Delos olim, fluctibus submersa (ἁλμυροῖς ἐν βένθεσι κεκρυμμένα. Pindar. Ol. VII. 57.) Solis ope in lucem prodiit: βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς Νᾶσος, ἔχει τέ μιν ὀξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατήρ. Pindar. l. c. v. 69. s. – v. 3. σβεννυμέναν. pristino splendore privatam: De puero olim formoso Pal. XII. 39. ἐσβέσθη Νίκανδρος, ἀπέπτατο πᾶν ἀπὸ χροιῆς ἄνθος. – v. 4. παρὰ σόν. tui luminis splendorem superavit Nero. – v. 5. τίνι. pro ποτέρῳ, ut saepius. Vid. cap. VI. 11, 6. et Stallbaum. ad Phileb. p. 168. – v. 6. δυο-

25. ΑΔΗΛΟΝ.

Αὐτῷ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακύναντο κολοσσὸν
τόνδε Ῥόδου ναέται Δωρίδος, Ἀέλιε,
χάλκεον, ἁνίκα κῦμα κατευνάσαντες Ἐνυοῦς
ἔστεψαν πάτραν δυσμενέων ἐνάροις.
οὐ γὰρ ὑπὲρ πελάγευς μόνον ἄνθεσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν γᾷ,
ἁβρὸν ἀδουλώτου φέγγος ἐλευθερίας·
τοῖς γὰρ ἀφ' Ἡρακλῆος ἀεξηθεῖσι γενέθλας
πάτριος ἐν πόντῳ κἠν χθονὶ κοιρανία.

26. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Καὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
καὶ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ Ζᾶνα κατηυγασάμην,

μέναν. malorum fluctibus tantum non submersam. Claudian. in Eutrop. II. 501. Jam sola renidet In Stilichone salus – hunc tantis bellorum sidus in undis Sperant.

25. In colossum Solis, a Rhodiis post hostes terra marique devictos ex manubiis positum; quod factum fuisse constat Ol. CXXIV. Plurimi praeterea ibidem fuerunt colossi minores illo, sed ubicunque singuli fuissent, nobilitaturi locum; teste Plinio XXXIV. 7, 18. unde Rhodenses appellati Colossenses. Meurs. in Rhodo I. 15. – v. 3. κῦμα κατευνάσαντες. κοιμίσσαι κύματα est apud Orph. Argon. 1008. de bello Aeschyl. VII. c. Theb. 108. κῦμα ἀνδρῶν καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. – v. 6. φέγγος ἐλευθερίας. ipsa est libertas, quam illi sibi comparaverant et tamquam in firmo fundamento collocaverant. Pindar. Ol. V. 7. τὶν δὲ κῦδος ἁβρὸν νικάσαις ἀνέθηκε. – v. 7. ἀφ' Ἡρακλῆος. a Tlepolemo, Herculis filio, qui ob caedem patria profugus Rhodum venit, et urbes ibi condidit. Il. β. 653. ss. Cf. Pindar. Ol. VII. 20.

26. In templum Dianae Ephesium, praestantissimis operibus praeferendum. Hujus templi historiam et descriptionem concinnavit A. Hirt. in peculiari commentatione: Der Tempel der Diana zu Ephesus. Berolini. 1809. De eo Callimach. H. in Dian. v. 249. τοῦ δ' οὔ τι θειότερον ὄψεται ἠώς, Οὐδ' ἀφνειότερον· ῥέα κεν Πυθῶνα παρέλθοι. – v. 1. Βαβυλῶνος. Hinc Gregor. Naz. in Muratori Anecdot. p. 213. ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος, Ἄλλος δ' Αἰγύπτου δείματο πυραμίδας. Epitheton κραναᾶς ad moenia videtur referendum, cum montibus rupibusque comparanda. Dionys. Perieg. 1005. Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις, ἥν ῥά τε πᾶσαν Τείχεσιν ἀῤῥαγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσεν. – v. 2. Ζᾶνα. Cf. supra cap. I. ep. 4. –

κάπων τ' αἰώρημα, καὶ Ἠελίοιο κολοσσόν,
καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον,
μνᾶμά τε Μαυσωλοῖο πελώριον· ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο· τί κεῖνα δέ; νόσφιν Ὀλύμπου
Ἅλιος οὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

27. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τίς ποκ' ἀπ' Οὐλύμποιο μετάγαγε παρθενεῶνα,
τὸν πάρος οὐρανίοις ἐμβεβαῶτα δόμοις,
ἐς πόλιν Ἀνδρόκλοιο, θοῶν βασίλειαν Ἰώνων,
τὰν δορὶ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον;
ἦ ῥα σύ, φιλαμένα, Τιτυοκτόνε, μέζον Ὀλύμπου
τὰν τροφόν, ἐν ταύτᾳ τὸν σὸν ἔθευ θάλαμον.

28. ΔΟΥΡΙΔΟΣ ΕΛΑΙΤΟΥ.

Ἠέριαι νεφέλαι, πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι
νυκτὶ σὺν ἀστεμφεῖ πάντα κατεκλύσατε,

XXVI. 7. δὲ κῆνιδε. Pal. τε κὴν ἴδε. Plan. Quod in textu posui, Bentlejo debetur.

v. 3. κάπων τ' αἰώρημα. horti Semiramidis in altum educti. – v. 7. τί κεῖνα δέ. at quid illa loquor? correctio gravitatis plena. Interrogationi δέ vim addit.

27. In idem templum. – v. 1. παρθενεῶνα. ut in regum aedibus liberis, sic in Olympo quoque singulis diis deabusque aedes (θάλαμοι) exstructae erant. Lucian. de Sacrific. c. 8. in descriptione Olympi: μετὰ δὲ αἱ τῶν θεῶν οἰκίαι, καὶ τοῦ Διὸς τὰ βασίλεια· ταῦτα πάντως περικαλλῆ τοῦ Ἡφαίστου κατασκευάσαντος. De vocabulis παρθενών et παρθενεών dixit Lobeck. ad Phryn. p. 166. – v. 2. ἐμβεβαῶτα. collocatam. Platon. Phaedr. p. 254. B. εἶδον αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν. ubi qui haec verba imitatione expresserunt, ἱδρυμένην posuerunt pro βεβῶσαν. Vid. Wyttenbach. Ep. cr. p. 30. s. (250). – v. 3. Ἀνδρόκλοιο, Codri filii, qui Ionum coloniam Ephesum duxerat. Ejus historiam vid. ap. Pausan. VII. 2. – θοῶν. ad agilitatem et in bello praestantiam videtur referendum. Il. ε. 536. ἐπεὶ θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι. – v. 5. Τιτυοκτόνε. Callimach. H. in Dian. 110. Ἄρτεμι παρθενίη, Τιτυοκτόνε. ubi Schol. Τιτυὸς βιασάμενος Λητώ, ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. – v. 6. τὰν τροφόν. Prope Ephesum, in luco Ortygiae, Latona Dianam peperisse narrabatur. Vid. Strab. XIV. 639. ubi Ὀρτυγία ἡ τροφός. – θάλαμον. idem quod v. 1. παρθενεῶνα.

28. Ephesus, in loco depresso

οὐ Λιβύης, Ἐφέσου δὲ τὰ μυρία κεῖνα ταλαίνης
αὖλια, καὶ μακάρων ἐξ ἐτέων κτέανα;
ποῦ δὲ σαωτῆρες τότε δαίμονες ἔτραπον ὄμμα;
αἴ, αἴ, τὴν Ἰάδων πολλὸν ἀοιδοτάτην.
κεῖνα δὲ κύμασι πάντα κυλινδομένοισιν ὁμοῖα
εἰς ἅλα σὺν ποταμοῖς ἔδραμε πεπταμένοις.

29. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις, αἵ τ' Ἀλυάττου
Σάρδιες, αἱ βασιλεῖ Περσὶς ἐν Ἀσιάδι·
αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον,
ὄλβον Πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι·
νῦν δὲ ὅλαι δύστηνοι ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι,
ἐς βυθὸν ἐξ ἀφανοῦς χάσματος ἠρίπετε.

XXIX. 5. *νῦν δὲ ὅλαι.* hiatum sustuleris scribens: *νῦν δ' ὅλαι,*

(*ἐν κοίλῳ τόπῳ*) sita, Lysimacho in Asia regnante, torrentibus imbre auctis mersa est. Quo facto Lysimachus cives illius calamitatis superstites sedes commutare, novamque urbem ad mare condere coegit. Strabo XIV. p. 640. Pausan. I. 9. p. 23. VII. 3. p. 528. – v. 4. *μακάρων.* per annos beatos, in beata tranquillitate peractos, congesta. – v. 7. *κεῖνα, κτέανα.* – v. 8. *σὺν ποτ. πεπταμένοις.* cum fluviis imbre extra ripas effusis. Arat. 288. *πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος.* Pal. X. 16. *γαλήνης νηοφόροις νώτοις εὔδια πεπταμένης.*

29. In Sardes terrae motu eversas. Clades illa, qua duodecim celebres Asiae urbes afflictae et collapsae traduntur, commemoratur ap. Tacit. II. Annal. 47. qui asperrimam in Sardianos luem plurimum in eosdem misericordiae traxisse ait. Ad eandem spectant haec in Oracul. Sibyll. V. 606. *αἶ αἴ, Σάρδεις, αἶ αἴ, καὶ πολυήρατε Τράλλις· Αἶ αἴ, Λαοδίκεια, καλὴ πόλις· ὡς ἀπολεῖσθε Σεισμοῖς.* – v. 1. De Gyge et Alyatte regibus omnia nota ex initio historiae Herodoteae. – v. 2. *αἱ Περσίς, οὖσαι* scil. Sardes ob insignem splendorem et opulentiam regibus Persarum tamquam altera Persis erat. Similiter Athenae *Ἑλλάδος Ἑλλάς* in Pal. VII. 45. et Gadara *Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις* vocatur Pal. VII. 417. – v. 3. *ἐπλινθώσασθε.* huic hyperbolae de aedibus aureis lateribus exstructis lateres aurei a Croeso Delphos missi (Herodot. I. 50.) originem dedisse videntur. – v. 4. *ὄλβον, πλοῦτον.* – v. 6. *ἐς βυθόν.* arcte cohaerent verba *βυθὸς ἐξ ἀφανοῦς χάσματος:* vorago, immenso hiatu aperta. Suid. *ἀχανεῖς, ἀφανεῖς, ἀφεγγεῖς.* Lycophron v. 1277. de flumine: *χεῦμα τοῦ κατὰ χθονὸς Δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη.* Usitatius *ἀχανής,* quod h. l. in Planudea legitur. Oracul. Sibyll. III. p. 398. *χάσματα ἠδὲ βάραθρ' ἀχανῆ.* –

Βοῦρα * καὶ εἰς Ἑλίκην κεκλυσμένα· αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐμβυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

30. ΜΑΚΗΔΟΝΙΟΥ.

Τμώλῳ ὕπ' ἀνθεμόεντι, ῥοὴν πάρα Μαίονος Ἕρμου
Σάρδιες, ἡ Λυδῶν ἔξοχός εἰμι πόλις.
μάρτυς ἐγὼ πρώτη γενόμην Διός· οὐ γὰρ ἐλέγχειν
λάθριον υἷα Ῥέης ἤθελον ἡμετέρης.
αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γενόμην τροφός· ἐν δὲ κεραυνῷ
ἔδρακον εὐρυτέρῳ φωτὶ φαεινόμενον.
πρώταις δ' ἡμετέρῃσιν ἐν ὀργάσιν οἰνὰς ὀπώρη
οὔθατος ἐκ βοτρύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.

ὦ δύστηνοι. aut νῦν δ' ἄρ' ὄλαι, δύστηνοι. – v. 7. καὶ εἰς. legendum videtur: Βοῦρα σὺ κεῖσ', Ἑλίκη τε. i. e. κεῖσαι. Verbi numerus sic inter duo nomina positi nihil offensionis habet. Dorvill. ad Charit. p. 487. s. Durior est, sed legitima, ratio Homerica Od. ξ. 216. θάρσος μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη.

XXX. 1. ἠνεμόεντι. Plan.

v. 7. Βοῦρα καὶ Ἑλίκη, urbes Achaiae, ad mare sitae, fluctibus mersae; Sardes, in media terra positae, voragine haustae sunt. Ovid. Met. XV. 293. si quaeras Helicen et Burin, Achaidas urbes, Invenies sub aquis. – κεκλυσμένα est dualis, in quo ultima producitur. De depravatis voculis καὶ εἰς vid. var. lect. – αἱ δὲ – ἔκεισθε. structura ut supra ep. 12,5. – ἐμβυθίαις pendet a verbis ἓν τέλος i. e. εἰς τὸ αὐτὸ τέλος.

30. Etiam hoc epigr. Sardium laudes celebrat. Sita urbs ad radices Tmoli, prope Hermum fluvium. – v. 1. ἀνθεμόεντι. Euripid. Bacch. 462. τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον. Virgil. Georg. I. 56. hunc montem croceos odores mittere ait; vitesque in eo coli praestantissimas. Ib. II. 98. – Μαίονος. Lydi Maeones. – v. 3. Memorabilis locus ob fabulam de Jove, quem Rhea in illis regionibus aut peperisse existimabatur, aut incolarum fidei credidisse. Nam quod Sardes gloriantur, quod primae fuerint testes Jovis, nec eum prodere (ἐλέγχειν) voluerint, aliter accipi non potest. Fabulam attigit Jo. Lydus de Mensib. p. 96. quem emendavi in Not. ad. Pal. p. 64. Rheam autem Sardium cives pro indigena habuisse apparet ex Herodoto V. 102. ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης. Sophocl. Philoct. 393. Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός, Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις. – v. 5. Βρομίῳ. Tmolum et Sardes patriam sibi esse testatur Bacchus in Eurip. Bacch. l. c. – v. 7. vini inventionem his verbis illa urbs sibi tribuit. οἰνὰς ὀπώρη, auctumnus, vini ferax, laticem ex uvis expressit, ut lac ex uberibus exprimitur, οὔθατος ἐκ βοτρύων. Verbo ἀμέλγειν de hac re usus est Ion Chius ap. Athen. X. p. 447. D. uvae – νέκταρ ἀμέλγονται. Nonn. Dion. XII. 320. λαρὸν ἐΰῤῥαθάμιγγος ἀμέλγετο νέκταρ ὀπώρης.

πάντα με κοσμήσαντο· πολὺς δέ με πολλάκις αἰὼν
ἄστεσιν ὀλβίστοις εὗρε μεγαιρομένην.

31. ΤΥΛΛΙΟΥ ΓΕΜΙΝΟΥ.

Εἰμὶ μὲν ἐν ποταμοῖς, πελάγει δ' ἴσα μέτρα διώκω,
Στρυμών, Ἠμαθίης τὸ γλυκερὸν πέλαγος·
βένθος ὁμοῦ καὶ ἄρουρα δι' ὕδατος· ἦ γὰρ ἐγείρω
ὀμπνιακῶν χαρίτων ἡδύτερον τρίβολον.
ἔστι καὶ Ἠμαθίης γόνιμος βυθός· ἄμμιν δέ, Νεῖλε,
κρείσσων ἔσθ' ὁ φέρων τὸν στάχυν, οὐχ ὁ τρέφων.

32. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μηκέτι δειμαίνοντες ἀφεγγέα νυκτὸς ὁμίχλην,
εἰς ἐμὲ θαρσαλέως πλώετε, ποντοπόροι.
πᾶσιν ἀλωομένοις τηλαυγέα δαλὸν ἀνάπτω,
τῶν Ἀσκληπιαδῶν μνημοσύνην καμάτων.

– v. 9. *πολύς*. in longo temporis progressu saepe factum est, ut magnae et opulentae civitates me invidia persequerentur. *ἄστεσιν* dativus pro *ὑπὸ ἀστέων*. Vid. Matthiae Gr. §. 392. i. *β*. De fortuna urbis bellisque vid. Strabo XIII. p. 930. C. Aliter hunc locum accepit Grotius vertens: nocuit contraria saepe Quod fortunatis urbibus arma tuli. Accepit *μεγαιρομένην* pro *μεγαίρουσαν*, quod fieri posse non videtur.

31. De Strymone, Macedoniae (*Ἠμαθίης*) flumine, Nilo Aegypti non inferiore. – v. 1. *διώκω*, *ἔχω*. flumen mari simile. De Nilo Claudian. XLVII. 38. effluit Aegaeo stagnantior, acrior alto Ionio. De Sangario Procop. de Aedif. v. 3. *ἄβυσσος*, *εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα*. – v. 3. *βένθος*, *ποταμὸς βαθύς*. – *ἄρουρα δι' ὕδατος*. in ipsa aqua pro agro sum fertili i. e. fruges fero haud secus atque ager. – v. 4. *τρίβολον*. tribulum ipsis Cereris frugibus dulciorem. Theophr. Hist. Plant. IV. 9. (11) 1. p. 150. *ὁ τρίβολος – φύεται – ἐν τοῖς ἑλώδεσι τῶν ποταμῶν· ἐν μεγίστῳ δὲ βάθει πενταπήχει ἢ μικρῷ μείζονι, καθάπερ περὶ τὸν Στρυμόνα*. Cf. Plin. XXI. 16, 58. Thraces ad Strymona habitantes tribuli nucleo vescebantur, panem ex eo facientes praedulcem, teste eodem XXII. 10, 12. – *ὀμπνιακῶν*, *τῶν τῆς Δήμητρος Ὀμπνίας*. – v. 5. *καὶ Ἠμαθίης*, *οὐ τῆς Αἰγύπτου μόνον*. – v. 6. Nilo se praefert Strymon, quod ipse ex fundo suo producat fruges, dum Nilus eas tantum in agris aqua sua irrigatis foveat.

32. In Pharum ad Smyrnam a medicorum quod ibi erat collegio in navigantium salutem exstructam. – v. 1. *ἀφεγγέα*. *λιποφεγγέα νυκτὸς ὀμίχλην*. Musae. v. 238. – v. 3. *δαλόν*. *πυρσός* vocatur in alio epigr. Pal. IX. 674. *φρυκτός* ap. Synesium Epist. LI. p. 189. B. – v. 4. *Ἀσκληπ*. Asclepiadarum magna erat apud Smyrnaeos auctoritas.

33. *ΦΙΛΙΠΠΟΥ.*

Ἔζευξ' Ἑλλήσποντον ὁ βάρβαρος ἄφρονι τόλμῃ·
τοὺς δὲ τόσους καμάτους πάντας ἔλυσε χρόνος.
ἀλλὰ Δικαιάρχεια διηπείρωσε θάλασσαν,
καὶ βυθὸν εἰς χέρσου σχῆμα μετεπλάσατο.
λᾶα, βαθὺ στήριγμα, κατεῤῥίζωσε πέλωρον,
χερσὶ Γιγαντείαις δ' ἔστασε νέρθεν ὕδωρ.
ἦν δ' ἅλ' ἀεὶ πλώειν· διοδευομένη δ' ὑπὸ ναύταις
ἄστατος, εἰς πεζοὺς ὡμολόγησε μένειν.

34. *ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.*

α. Εἰπέ, Δικαιάρχεια, τί σοι τόσον εἰς ἅλα χῶμα
βέβληται, μέσσον γενόμενον πελάγους;
Κυκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ
τείχεα· μέχρι πόσου, Γαῖα, βιαζόμεθα;

XXXIII. 2. *ἔλυσε χρόνος.* non temporis progressus, quo humana opera plerumque consumuntur, sed tempestatum undarumque vis Xerxis pontem solvit: *χειμὼν μέγας συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα καὶ διέλυσε.* Herodot. VII. 34. Quare vide, an scribendum sit: *πάντας ἔλυσε ῥόος*, aut *νότος*. – v. 7. *δ'* post *ἦν* videtur tollendum.

Vid. Sprengel. Hist. Medic. T. I. p. 402.

33. In portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari effectum, et ingenti mole firmatum. Sueton. Vit. Aug. c. 16. Descriptum eum dedit Strabo V. p. 245. et Dio Cassius XLVIII. 50. – v. 3. *διηπείρωσε.* aggere ducto et munito, qui mare a sinu arcebat. – v. 5. *λᾶα πέλωρον.* ingentem saxorum molem, opus Gigantum operibus simile. De alia mole Palat. VII. 748. *ἢ ποῖοι χθονὸς υἷες ἀνυψώσαντο Γίγαντες;* Quo aggere, in altum educto, effectum est, ut aqua intra eum tranquilla jaceret. – v. 7. *διοδευομένη.* mare olim incertum et tempestatibus agitatum, et propterea navibus tantum navigabile, nunc etiam pedibus se calcandum offert. Opponuntur sibi *θάλασσα ἄστατος* et *μένουσα.*

34. De eadem mole, quam longius productam mare ad Dicaearcheam conqueritur. Facit huc Virgil. Georg. II. 161. an memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus aequor, Julia qua ponto longe sonat unda refuso? Ad idem opus respicit Horat. Ep. ad Pison. v. 64. ss. – v. 4. *βιαζόμεθα.* Horat. III. Od. 1, 33. contracta pisces aequora sentiunt Jactis in altum molibus.–

κόσμου νηΐτην δέχομαι στόλον· εἴπιδε Ῥώμην
ἐγγύθεν, εἰ ταύτης μέτρον ἔχω λιμένα.

35. ΒΑΣΣΟΥ ΛΟΛΛΙΟΥ.

Ἄῤῥηκτοι Μοιρῶν πυμάτην ἐσφράγισαν ὅρκοι
τῷ Φρυγὶ πὰρ βωμῷ τὴν Πριάμου θυσίην.
ἀλλὰ σοί, Αἰνεία, στόλος ἱερὸς Ἰταλὸν ἤδη
ὅρμον ἔχει, πάτρης φροίμιον οὐρανίης.
ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ Τρώϊος· ἦ γὰρ ἐν ὅπλοις
ἠγέρθη κόσμου παντὸς ἄνασσα πόλις.

36. ΑΛΦΕΙΟΥ.

Κλεῖε, θεός, μεγάλοιο πύλας ἀκμῆτας Ὀλύμπου·
φρούρει, Ζεῦ, ζαθέαν αἰθέρος ἀκρόπολιν.

v. 5. κόσμου. classem populi orbis terrarum domini. In muniendo illo portu hoc imprimis spectaverat Augustus, ut classem per bellum Sexti Pompeji potissimum viribus afflictam in tuto receptaculo reficeret. – v. 6. εἰ ταύτης. si ad hujus urbis modum et mensuram portus patet: εἰ ταύτῃ ὁ ἐμὸς λιμὴν σύμμετρός ἐστιν.

35. Trojae expedivisse, quod eversa fuerit, quum sic reginae orbis terrarum originem dederit. Cf. supra ep. 5 et 6. – v. 1. ὅρκοι. Parcarum sunt leges et statuta immutabilia. Hesych. ὅρκοι. δεσμοί. σφραγῖδες. ubi genuinam esse lectionem noster hic locus planissime docet. Quod hoc loco sunt Parcarum ὅρκοι, apud Manethon. I. 7. sunt Μοιρῶν ἄῤῥηκτοι μίτοι. Apoll. Rhod. IV. 1205. ἀῤῥήκτοισιν ἐνιζεύξας ἔχεν ὅρκοις. – v. 2. Πριάμου θυσίην. Priamum ad Jovis Ἑρκείου aram tamquam victimam mactatam ex omni belli historia selegit Bassus, quod in hac caede et Trojae clades et belli tristissimus exitus clarissime apparet. – v. 3. Ἰταλόν. prima syllaba contra poetarum consuetudinem producta, ut Pal. VII. 378, 2. Ἰταλὶς ὠκυμόρους. VII. 692. in trimetro iambico: οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς. Cf. Virgil. Aen. VII. 643. IX. 698. – v. 4. φροίμιον. referenda haec appositio ad totam enuntiationem, quae praecessit: adventus Aeneae cum classe praelusit quodammodo initiis novae et divinae patriae. Frequens translatus vocis φροίμιον et προοίμιον usus apud seriores. Sic Philostr. Heroica. p. 710. τοὺς λύκους ὁ Ἀπόλλων προοίμιον λοιμοῦ ποιεῖται. – v. 5. ἐς καλόν, εὐκαίρως. Xenoph. Conv. I. 4. εἰς καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα. – πύργος. Pergama, arx Trojae. – ἐν ὅπλοις. argutius hoc dictum. Urbs, cui imperium orbis terrarum debebatur, quod nonnisi armis et bello comparari potuit, inter arma quodammodo nasci et condi debuit. In ἠγέρθη respicitur ad socios, quibus contractis fundamenta novi imperii jacta sunt.

36. Terra marique Romanorum imperio subjectis, quumjam nihil supersit, quod sibi submittant praeter Olympum, poeta Jovem monet, ut coeli portas novis praesidiis firmet. – v. 1. ἀκμῆτας. Pal. IX. 518. πάντα

ἤδη γὰρ καὶ πόντος ὑπέζευκται δορὶ Ῥώμης,
καὶ χθών· οὐρανίη δ' οἶμος ἔτ' ἐστ' ἄβατος.

37. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Λευκάδος ἀντί με Καῖσαρ, ἰδ' Ἀμβρακίης ἐριβώλου,
Θυῤῥείου τε πέλειν, ἀντί τ' Ἀνακτορίου,
Ἄργεος Ἀμφιλόχου τε, καὶ ὁππόσα ῥαίσατο κύκλῳ
ἄστε' ἐπιθρώσκων δουρομανὴς πόλεμος,
εἵσατο Νικόπολιν, θείην πόλιν· ἀντὶ δὲ νίκης
Φοῖβος ἄναξ ταύτην δέχνυται Ἀκτιάδος.

38. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Οὐδ' ἢν Ὠκεανὸς πᾶσαν πλήμμυραν ἐγείρῃ,
οὐδ' ἢν Γερμανίη Ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
Ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέη.

Φιλίππῳ Ἀμβατά· χαλκείας κλεῖς πύλας μακάρων.

37. In urbem Nicopolin, ab Augusto in memoriam victoriae ad Actium de Antonio reportatae conditam. Sueton. Vit. August. c. 18. Plin. H.N. IV. 1. de Epiro: in ore ipso colonia Augusti Actium cum Apollinis templo nobili et civitate libera Nicopolitana. De Ambracia aliisque hujus orae urbibus agens Strabo VII. p. 325. Μακεδόνες, ait, καὶ Ῥωμαῖοι καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας κατεπόνησαν τοῖς συνεχέσι πολέμοις – ὥςτε τὸ τελευταῖον ὁ Σεβαστός, ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ· ἐκάλεσε δὲ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχησεν Ἀντώνιον. – Ἡ μὲν οὖν Νικόπολις εὐανδρεῖ καὶ λαμβάνει καθ' ἡμέραν ἐπίδοσιν. quibus verbis totum hoc epigr. egregie illustratur. – v. 4. ἐπιθρώσκων. insultans. Sophocl. Oed. T. 471. ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρώσκει Πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας. – v. 6. δέχνυται. tamquam ἀνάθημα. Apollinis enim ibi templum in promontorio, et ludi Actiaci in ejusdem dei, cui Augustus victoriam ibi de hostibus reportatam tribuebat, honorem instituti. Haec omnia significat Propert. IV. 6, 67. Actius hinc traxit Phoebus monumenta.

38. De Roma Caesaris imperio tuta. – v. 1. Ὠκεανός. Oceanus pro populis ad Oceanum habitantibus, cujus πλήμμυρα et undarum tumultum et copiarum magnitudinem significat. Cogitandum de infestis Hispanorum animis vix diuturno bello fractis. Etiam in Germania illis temporibus, sub Augusto enim floruit Crinagoras, bella adhuc durabant. – v. 2. οὐδ' ἢν Γερμανίη. nec si Germania omnibus copiis suis Romam peteret. In verbis Ῥῆνον πίῃ cogitandum de veteri fabula de fluminibus Persarum exercitu siccatis. – v. 3. οὐδ' ὅσ-

οὕτως καὶ ἱεραὶ Ζηνὸς δρύες ἔμπεδα ῥίζαις
ἑστᾶσιν, φύλλων δ' αὖα χέουσ' ἄνεμοι.

39. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ῥώμη παμβασίλεια, τὸ σὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται·
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

40. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἡ τερεβινθώδης, ὀλιγάμπελος, οἷά τε βαιὴ
νησίς, ἀλλ' ὁμαλὴ πᾶσα καὶ ἀστύφελος·
αἱ δ' ἄγχου μεγάλαι τε καὶ εὐρέες, ἀλλ' ἐπὶ πουλὺ
τρηχεῖαι· μεγέθει τοῦτο περισσότεραι.
καρποῖς, οὐ σταδίοισιν ἐρίζομεν· οὐδὲ γὰρ αὖλαξ
Αἰγύπτου Λιβύης ψάμμου ἐπιστρέφεται.

σον. ne minimum quidem. Apoll. Rh. I. 290. τὸ μὲν οὐδ' ὅσον οὐδ' ἐν ὀνείρῳ Ὠϊσάμην. Ib. 482. οἷς οὐδ' ὅσον ἰσοφαρίζεις Ἠνορέην. – v. 5. 6. imago ducta ex Il. μ. 132. ἕστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι, Αἵτ' ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα, Ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι.

39. Ex simulacro quodam Victoriae sine alis Romae posito huic urbi poeta perpetuum auguratur imperium. Sic boni ominis caussa Victoria sculpta Athenis, teste Pausania III. 15, 5. quem cf. etiam I. 22, 4. V. 26, 5. et quae de hac dea ejusque simulacris docte disseruit Boettigerus ante Diar. univ. anni 1803. Vol. II. p. 111. Faciunt huc quae de Fortuna dixit Plutarch. T. II. p. 318. A. ἡ Τύχη τῷ Παλατίῳ προσερχομένη καὶ διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας – οὕτως εἰςῆλθεν εἰς Ῥώμην ὡς μενοῦσα.

40. In insulam quandam terebinthi feracem. Grammaticus, qui lemmata addidit, νησίδιον dicit significari σύνεγγυς πριγκήπου. Erat autem πρίγκηπος sive πρίγκιπος insula cum Constantinopoli quodammodo conjuncta, de qua vid. Du Cang. in Lex. Gr. med. p. 1227. Res incerta. Sed quaecunque tandem insula fuerit, epigrammatis sensus satis est perspicuus. – v. 3. εὐρέες. Od. δ. 602. σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις εὐρέος. – v. 4. μεγέθει τοῦτο. contracta oratio pro: τοῦτο μόνον περισσότεραι, ὅτι μεγέθει προέχουσιν. – v. 5. αὖλαξ Αἰγύπτου. fertilis Aegypti ager, quamvis angustior, immensis, sed sterilibus Libyae finibus opponitur.

41. *ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ.*

Πότνι' Ἀθηνάων ἐπιήρανε, Τριτογένεια,
ἥ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράᾳς, Ῥαμνουσιὰς Οὖπι,
γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης ἑκατονταπύλοιο,
πίονα δὴ καὶ τόνδε, Θεά, τιμήσατε χῶρον,
δῆμον Δηώοιο φιλόξεινον Τριόπαο,
τόφρα κε καὶ Τριόπειαι ἐν ἀθανάτοις ἀλέγησθον.
ὡς ὅτε καὶ Ῥαμνοῦντα καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας

XLI. 2. . . *ΛΑΙΣ*. Marmor. quod in *ὉΡΑΛΙΣ* recte mutavit Viscontius, qui hoc et proximum carmen edidit in libro peculiari inscripto: Iscrizioni greche Triopee. Roma. 1794. fol.–

41. Herodes Atticus, rhetor sub Hadriano et duobus Antoninis propter eloquentiam, quam profitebatur, et divitias illustris, sepulcrum in Triopio suo, quae erat villa ad viam Appiam hortis et delubris splendide exornata, sibi suisque destinatum Minervae et Nemesios tutelae committit. Has enim deas, quas Catullus etiam junxit in Nupt. Pelei et Thet. v. 395. (Aut rapidi Tritonis hera aut Rhamnusia virgo.) in Attica eximio honore cultas, Herodes, qui domum habebat in demo Marathonis, Rhamnusiae deae vicino, *συνναόυς* fecerat. – v. 2. *ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράᾳς.* Archiloch. Fragm. VI. *ὦ Ζεῦ – σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς.* Observat autem dea illa (de qua docte disputavit Zoëga Abhandlungen p. 32. ss.) mortalium facta, ut improbos puniat atque coerceat. – *Οὖπις.* quae et *Ὦπις* vocatur. Anonymus apud Suidam: *Ὦπιν οὐ δεδοικώς, οὐκ ἀλέγων Ἀδράστειαν, οὐδὲ Νέμεσιν ἐμπαζόμενος.* Alibi Diana hoc nomine appellatur. – *Ῥαμνουσιάς.* vid. ad cap. I. ep. 97. et 98. – v. 3. *γείτονες.* tertio ab Urbe lapide situm erat Triopium. *ἑκατονταπύλοιο.* magnificentia cum Thebis Aegypti certantis, quas *ἑκατομπύλους* appellat Homer. Il. *ι.* 383. – v. 5. *δῆμον.* ob insignem heri liberalitatem *φιλόξεινος.* Videtur autem *δῆμος* ille *Τριόπαο* pars villae fuisse ad similitudinem veteris Triopii in Caria (cf. Herodot. I. 144. Schol. Theocr. Eid. XVII. 69.) exornata. *Δηῷος.* Respicitur Triopae sacrilegium, in quo puniendo Ceres numen suum et potentiam eximie demonstraverat. Hyginus Fab. Astron. XIV. Triopam Thessalorum regem fuisse narrat; qui quum in domo sibi exstruenda vetustum Cereris templum diruisset (lucum Cereris ab eo devastatum fuisse narrat Diodor. V. 61.), fame deae ira ipsi objecta, nunquam postea ullo cibo saturari potuerit. Cf. infra v. 36. 37. – v. 6. *ἀλέγησθον*, i. e. *ἀριθμῆσθον*, *Τριόπειαι ἐν ἀθαν.* pro *ἐν Τριοπείοις θεοῖς.* inter deos in Triopio Cariae, a Triopa ibi post fugam e Thessalia ad Cereris iram placandam condito, cultos. Ad hujus exemplum Herodem Cereris Proserpinaeque cultum in Triopio suo instituisse censet Boeckhius in Corpore Inscr. T. I. Part. I. 26. p. 45. qui omnino videndus. – v. 7. *ἐς Ἀθήνας.* praepositio etiam ad

ἤλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσαι,
ὥς τήνδε ῥώεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλωήν,
λήϊά τε σταχύων, καὶ δένδρεα βοτρυόεντα,
λειμώνων τε κόμας ἁπαλοτρεφέων ἐφέπουσαι.
ὔμμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε,
τὴν ὅσσην περὶ τεῖχος ἐΰτροχον ἐστεφάνωται,
ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν ἀκινήτην καὶ ἄσυλον
ἔμμεναι. ἡ δ' ἐπί οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρήνου
σμερδαλέον σείσασα λόφον κατένευσεν Ἀθήνη,
μή τῳ νήποινον βῶλον μίαν ἢ ἕνα λᾶαν
ὀχλίσσαι, ἐπεὶ οὐ Μοιρέων ἀτρῆες ἀνάγκαι,
ὅς κε θεῶν ἑδέεσσιν ἀλιτροσύνην ἀναθείη.
κλῦτε, περικτίονες καὶ γείτονες ἀγροιῶται·
ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος, ἀκίνητοί τε θέαιναι,
καὶ πολυτίμητοι, καὶ ὑποσχεῖν οὔας ἑτοῖμαι·
μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἀν' ἄλσεα δένδρεων,
ἢ ποίην χιλῷ εὐαλδέϊ χλωρὰ θέουσαν,
δμωὴν κυανέου Ἄϊδος πήξειε μάκελλαν,

v. 23. ἐν ἄλσεα. Vulgo. – v. 25. ΡΗΞΕΙΕ. Marm. unde vulgo ῥήξειε legitur. Sed P Latina littera esse potest pro Π, ut in proxima Inscr. X reperitur pro Ξ. Quare cum Casaubono scripsi πήξειε, sensu sic postulante. Il. θ. 298. ὀϊστοὶ ἐν χροῒ πῆχθεν. Callim. H. in Cerer. 54. μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῒ πηξῶ. –

praecedens Ῥαμνοῦντα pertinet; ut Callimach. H. in Apoll. 8. οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε. Matthiae Gr. §. 195, 4. – v. 9. ῥώεσθε, σπεύδετε, ὁρμᾶσθε. – v. 12. ἀνὰ γαῖαν ἔηκε. agri diis consecrati vocantur ἀνειμένοι; et ipsae in ejusmodi agris arbores. Callim. H. in Cer. 47. τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις. Pars illa Triopii diis sacra moenibus fuit circumdata (ἐστεφάνωται. στέφανος καὶ τεῖχος ἐρυμνόν. Orph. Argon. 764. 897.), ut ἀκίνητος esset et ἄσυλος, ob sepulcrorum ibi sanctitatem. – v. 15. ἐπί οἱ. in ejus gratiam; assensum ei suum significans, κατένευσεν, ad preces annuit, σείσασα λόφον, ut Jupiter Homericus Il. α. 528. ss. – v. 17. μή τῳ νήποινον, ἔσεσθαι scil. – v. 18. ἀνάγκαι. leges et statuta (supra ep. 35. ἄῤῥηκτοι Μοιρῶν ὅρκοι.), adjuncta poenarum notione. οὐκ ἀτρῆες, vehementer timendae, τούτῳ ὅς κεν ἀλιτρ. ἀναθείη, si quis sanctas deorum sedes violaverit. Similiter Il. χ. 100. ἐλεγχείην ἀναθήσει. et Pindar. Ol. V. 16. κῦδος ἁβρὸν νικάσαις ἀνέθηκε. – v. 23. vetatur his versibus, quod in hujusmodi monimentis solemne, ne quis sepulcrum laedat aut evertat, nec alienos, οὐ τοῦ αὐτοῦ ὄντας αἵματος, in illud inferat. – ὄρχους pendet ab ἀνά, nonnisi semel ad alterum membrum posito. Vid. ad v. 7. – v. 24. χλωρὰ θέουσαν. pro ποίην χλωρὰν χιλοῦ εὐαλδέος. Sic He-

σῆμα νέον τεύχων, ἠὲ πρότερον κεραΐζων.
οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσσι βαλεῖν ἱερόχθονα βῶλον,
πλὴν ὅ κεν αἵματος ᾖσι, καὶ ἔκγονος ἑσσαμένοιο,
(κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον) ἐπεὶ τιμάορος ἵστωρ.
καὶ γὰρ Ἀθηναίη τε Ἐριχθόνιον βασιλῆα
νηῷ ἐγκατέθηκε, συνέστιον ἔμμεναι ἱρῶν.
εἰ δέ τῳ ἄκλυτα ταῦτα, καὶ οὐκ ἐπιπείσεται αὐτοῖς,
ἀλλ' ἀποτιμήσει, μή οἱ νήπιτα γένηται·
ἀλλά μιν ἀπρόφατος Νέμεσις, καὶ ῥεμβὸς Ἀλάστωρ
τίσονται, στυγερὴν δὲ κυλινδήσει κακότητα.
οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τριόπεω μένος Αἰολίδαο
ὤναθ', ὅτε νηὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.

v. 30. *ΤΕ* ob hiatum displicet; quare *οἱ* emendabat Hermannus, id cum *νηῷ* jungens. Possit etiam *ποτ'* scribi. Sed hiatus fortasse excusationem habet a caesura. – v. 34. *ῥεμβός* legatur in marmore, an *ῥόμβος*, incertum.

siod. Scut. 145. *τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων.* – v. 28. *ἑσσαμένοιο, τοῦ ἱδρύσαντος.* Vid. Buttm. Gr. gr. §. 96. – v. 29. *τιμάορος ἵστωρ.* testis adest et ultor; deorum numen scilicet, quibus loci tutela credita. – v. 30. Ne quis miretur in loco Minervae sacro sepulcrum esse conditum, rem poeta tuetur exemplo Erichthonii, qui Erechtheus est ap. Homer. Il. β. 547. ss. *ὅν ποτ' Ἀθήνη θρέψε – κὰδ δ' ἐν Ἀθήνης εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ.* Cf. Apollodor. III. 14, 7. *Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς.* Similiter ap. Theocrit. Eid. XVII. 50. Berenice Veneris manibus Orco erepta in ejus templum collocata fuisse dicitur: *ἐς ναὸν κατέθηκας, ἑᾶς δ' ἀπεδάσσαο τιμᾶς.* – v. 31. *συνέστιον.* Apollon. Rh. I. 1316. de Hercule, cui destinatum post labores peractos *ναίειν ἀθανάτοισι συνέστιον.* Infra cap. IX. ep. 75. *Βάκχου γὰρ κλισίαις με συνέστιον ἐστεφάνωσεν.* – v. 32. *εἴ τῳ ἄκλυτα ταῦτα.* si quis haec sibi non dicta putabit nec parebit his legibus, *μή οἱ νήπιτα.* videat, num impune laturus sit. Herodem monumentis a se positis et consecratis imprecationes adjecisse narrat Philostrat. Vit. Soph. II. 1, 10. p. 558. De Daphnes luco agens, a Seleuco condito, Liban. T. I. p. 303. *καὶ ταχὺ τὸ ἄλσος ἔθαλλε, καὶ ἀραῖς ἰσχυραῖς ἐφρουρεῖτο.* – v. 34. Poena divinitus immissa, homines exagitans animosque eorum turbans, *Ἀλάστωρ* vocatur *ῥεμβός*; hoc enim ob praecedens *Νέμεσις* probabilius, quam *ῥόμβος ἀλάστωρ*, altera voce pro adjectivo habita. Veterum locos de *Ἀλάστωρ* collegit Blomfield in Gloss. ad. Pers. v. 360. – v. 35. *κυλινδήσει.* Vid. not. ad c. VIII. 18. Apollodor. Caryst. ap. Athen. VII. p. 280. E. *ἐπιστατεῖ τις τοῦ βίου νυνὶ τύχη – εἰκῇ τέ πως Ἡμᾶς κυλινδοῦσ' ὅν τιν' ἂν τύχῃ τρόπον.* – v. 36. *Αἰολίδαο.* Triopas, Aeoli nepos. Apollodor. I. 7, 4. – *νηόν.* templum, ut apud Hy-

τῷ ἤτοι ποινὴν καὶ ἐπωνυμίην ἀλέασθαι
χῶρον, μή τοι ἕπηται ἔπι Τριόπειος Ἐριννύς.

42. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δεῦρ᾽ ἴτε Θυβριάδες νηὸν πότι τόνδε γυναῖκες,
Ῥηγίλλης ἕδος ἀμφὶ θυοσκόα ἱρὰ φέρουσαι.
ἡ δὲ πολυκτεάνων μὲν ἔην ἐξ Αἰνεαδάων,
Ἀγχίσεω κλυτὸν αἷμα καὶ Ἰδαίης Ἀφροδίτης.
γήματο δ᾽ εἰς Μαραθῶνα. θεαὶ δέ μιν Οὐρανιῶναι
τίουσιν, Δηώ τε νέη, Δηώ τε παλαιή,
τῇσί περ ἱερὸν εἶδος ἐϋζώνοιο γυναικὸς
ἄγκειται· αὐτὴ δὲ μεθ᾽ ἡρῴνῃσι νένασται
ἐν μακάρων νήσοισιν, ἵνα Κρόνος ἐμβασιλεύει.

ginum, cujus verba supra laudavimus ad v. 5. Quae ibi de Triopa, apud alios, Callimachum praesertim in Hymn. in Cererem, de ejus filio Erysichthone narrantur. – v. 38: τῷ, διὰ τοῦτο. – ἀλέασθαι. infinitivus pro imperativo. – v. 39. Τριόπειος Ἐριννύς. poena, deorum numen neglectum persequens, ut in Triopa. Quam opportune fabula de vetere rege Thessaliae ad regionis illius appellationem accommodata sit, sponte apparet.

42. Regillae conjugi, ex nobili Anniorum gente, immatura morte exstinctae, Herodes praeter alia nonnulla etiam statuam dedicaverat in fano, quod in Triopio erat, eamque ibi pro heroina coli volebat. Ad cujus statuae consecrationem matronae Romanae hoc carmine invitantur. – v. 1. Θυβριάδες. sic habetur in marmore, pro vulgari forma Θυμβριάδες. Thybris haud infrequens apud poetas Latinos. – v. 2. ἀμφί jungendum cum ἕδος. Haec praepositio anastrophen non patitur. – θυοσκόα ἱρά. sacra qualia a θυοσκόοις offeruntur. Probabile autem Marcellum scripsisse θυοσκόοι, ut matronae sacro illi assistentes sic appellentur. Qua lectione simul hiatus tollitur. Euripid. Bacch. 224. Μαινάδας θυοσκόους. – v. 3. Αἰνεαδάων. de cognatione gentis Anniae cum Julia nihil certi aliunde constat. – v. 5. εἰς Μαραθῶνα. sic de rege Scyle Herodot. IV. 78. καὶ οἰκία τε ἐδείματο ἐν Βορυσθένεϊ, καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ ἐπιχωρίην. Herodes erat ex demo Marathonio ibique praedia habebat. – v. 6. Δηώ. utraque, ut videtur, Faustina, major et minor, sub Cereris et Liberae nominibus in Herodis Triopio cultae. Vid. Tristan. Comment. histor. T. I. p. 581. – v. 7. γυναικός. Regillae simulacrum, illis deabus, tamquam συννάον, consecratum, dum ipsa Regilla in beatorum sedibus sub Saturni imperio habitat. Ibi enim heroum sedes. Hesiodus Ε. καὶ Η. 169. Cf. Boeckh. Expl. Pinda-

τοῦτο γὰρ ἀντ' ἀγαθοῖο νόου εἴληχεν ἄποινον.
ὥς οἱ Ζεὺς ᾤκτειρεν ὀδυρόμενον παρακοίτην,
γήρᾳ ἐν ἀζαλέῳ χήρῃ περικείμενον εὐνῇ·
οὕνεκά οἱ παῖδας μὲν ἀμύμονος ἐκ μεγάροιο
Ἅρπυιαι κλωθῶες ἀνηρείψαντο μέλαιναι
ἡμίσεας πλεόνων· δοιὼ δ' ἔτι παῖδε λιπέσθην
νηπιάχω, ἀγνῶτε κακῶν, ἔτι πάμπαν ἀπύστω
οἵην σφιν νηλὴς κατὰ μητέρα πότμος ἔμαρψε,
πρίν περ γηραιῇσι μιγήμεναι ἠλακάτῃσι.
τῷ δὲ Ζεὺς ἐπίηρον ὀδυρομένῳ ἀκόρητον,
καὶ Βασιλεὺς Διὶ πατρὶ φυὴν καὶ μῆτιν ἐοικώς,
Ζεὺς μὲν ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα
αὔρῃσι Ζεφύροιο κομιζέμεν ἠλυσίῃσιν·
αὐτὰρ ὃ ἀστερόεντα περὶ σφυρὰ παιδὶ πέδιλα

ri Ol. II. 75. p. 130. s. – v. 10. ἄποινον, rarissimus usus vocabuli singulari numero. – v. 11. ὥς οἱ. hoc beneficio eum affecit Jupiter misericordia erga Herodem conjugis mortem graviter lugentem. De quo luctu, omnem modum excedente, vide quae narrat Philostr. Vit. Soph. II. 8, 9. p. 556. s. – v. 12. γήρᾳ ἐν ἀζαλέῳ. quinque et sexaginta annos, ut videtur, natus. – v. 14. Ἅρπυιαι κλωθῶες. Telemachus de Ulysse Od. α. 241. νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο. Ὤιχετ' ἄϊστος, ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε Κάλλιπεν. Harpyiae κλωθῶες mors rapax, ut ap. Tibull. I. El. III. 65. aut fata rapacia. Αἶσα et Κατακλῶθες βαρεῖαι junguntur Od. η. 197. – v. 16. ἀπύστω, οὐκ εἰδότε οἵαν μητέρα – ἔμαρψε. supra ep. 18. πάντα δὲ συμμάρψας ἐξέφαγεν πόλεμος. Pal. XIV. 91. εἰςόκε πᾶσαν Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεήν. – v. 18. γηραιῇσι ἠλακάτῃσι. pro γήρᾳ, quia vitae mensura et senectus a Parcarum colo staminibusque pendet. Dictum autem μιγῆναι ἠλακάτῃ, ut μίσγεσθαι κακοῖς aut ἄλγεσι, et in bonam partem νίκῃ et στεφάνοις. – v. 19. ἐπίηρον, εἰς χάριν, παραμυθίας ἕνεκα. Structura hujus periodi ἀνακόλουθος, sed ad Homeri exemplum conformata. Cf. Od. α. 109. – v. 20. Βασιλεύς. Marcus Aurelius Antoninus. – v. 21. ἐς Ὠκεανόν. ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην. Hesiod. E. καὶ H. 169. – v. 22. Ζεφύροιο. aurae Zephyri, tamquam alitis equi (Vid. Catull. LXVI. 54.) tradidit eam. αὖραι ἠλύσιαι lucem lucrantur ex Od. δ. 563. ubi de Elysio: τῇπερ – αἰεὶ Ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. – v. 23. αὐτὰρ ὅ. ἐκεῖνος, ὁ βασιλεύς. Vid. Thiersch. Gr. gr. §. 206, 23. – ἀστερόεντα πέδιλα. calceum lunatum, ordinis senatorii insigne. – παιδί. Herodis filio superstiti. Nam pueris quoque sub imperatoribus hoc ornamentum fuisse tributum apparet ex Statio Sylv. V. 2, 28. sic te, clare puer, genitum sibi curia sensit, Primaque patricia clausit vestigia luna. Ceterum

δῶκεν ἔχειν, τὰ λέγουσι καὶ Ἑρμάωνα φορῆναι,
ἦμος ὅτ' Αἰνείαν πολέμου ἐξῆγεν Ἀχαιῶν,
νύκτα διὰ δνοφερήν· ὁ δέ οἱ περὶ ποσσὶ σαωτὴρ
παμφανόων ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος [αἴγλης]·
τὸν δὲ καὶ Αἰνεάδαι ποτ' ἐνεῤῥάψαντο πεδίλῳ,
. . . . . σαν . . . ευηγενέεσσι γεραα . .
οὔ μιν ὀνόσσηται, καὶ Κεκροπίδην περ ἐόντα,
Τυρσηνῶν ἀρχαῖον ἐπισφύριον γέρας ἀνδρῶν,
Ἕρσης ἐκγεγαῶτα καὶ Ἑρμέω, εἰ ἐτεὸν δὴ
Κῆρυξ Ἡρώδεω πρόγονος Θησηϊάδαο.
τοὔνεκα τιμήεις καὶ ἐπώνυμος, ᾗ μὲν ἄνασσαν
ἐς βουλὴν ἀγέρεσθαι, ἵνα πρωτόθρονες ἕδραι·
Ἑλλάδι δ' οὔτε γένος βασιλεύτερος, οὔτε τι φωνὴν

XLII. v. 27. postremum vocabulum in Marm. evanuit, quod tamen αἴγλης fuisse probabile est. Apoll. Rhod. IV. 167. ὡς δὲ σεληναίην διχομήνιδα παρθένος αἴγλην. – v. 29. hae tantum syllabae in Marm. legi possunt; unde Salmas. σύμβολον Αὐσονίοισιν ἐϋγενέεσσι γεραιόν. ubi non ferenda διάλυσις in ἐϋγενέεσσι. Viscontius: νιάσιν Αὐσονίων εὐηγενέεσσι γερᾶα. partim bene, partim perperam. Ob ὀνόσσηται suspicor ἂν aut κέν in hoc versu fuisse lectum. Fortasse sic: Ἦ ῥα τόδ' Αὐσονίων εὐηγενέεσσι κ' ἐραστόν – aut: Αὐσονίων κ' εὐηγενέεσσι γεραιόν. – memorabilis hic locus ob significationem de origine illius ornamenti, cujus alibi nulla diserta fit mentio. Aliam caussam refert Joann. Lydus de Mens. Pars I. c. 7. p. 9. In gemma sculpta ap. Augustin. II. nr. 8. luna Aeneae fugam illustrat. – v. 27. σεληναίης κ. αἴγλης. circumscriptio lunae. Pal. IX. 24. ἱερὰ κύκλα σελήνης. – v. 29. In mutilo hoc loco sensus esse debuit hic: Hoc lunulae signum, Romanis venerabile et nobilioribus tribui solitum, non vituperaverit, nec recusaverit Herodem, quamvis peregrinae originis virum. – v. 31. Τυρσηνῶν. historiam minus notam confirmat Servius ad Aen. VIII. 458. ubi Tyrrhena pedum vincula illustrat. ἐπισφύριον. Senatori adversario de gentis suae nobilitate glorianti Herodes respondit ap. Philostr. Vit. Soph. l. c. p. 555. σὺ τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις, quod vitae auctor sic interpretatur: τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένον ἦν τῷ ὑποδήματι· τοῦτο δέ ἐστιν ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές. – v. 33. Κῆρυξ. auctor nobilis τοῦ τῶν Κηρύκων γένους h. l. Herses et Mercurii filius dicitur. Apud alios aliam Cecropis filiam matrem habet. – Θησηϊάδαο. pro Ἀθηναίου. at quanto illud splendidius! – v. 34. τιμήεις. ut senator. ἐπώνυμος. ut consul; ob quem honorem, quo Herodes functus est anno p. Chr. 143, in senatu (βουλῇ ἀνάσση. dominus senatus ap. Martialem) cum consularibus in primis sedebat subselliis, ἵνα πρωτόθρ. ἕδραι. – v. 36. βασιλεύτερος. λόγων βασιλέα et Ἑλλήνων γλῶτταν Herodem ob elo-

Ἡρώδειαν γλῶσσαν δέ τέ μιν καλέουσιν Ἀθηνέων.
ἡ δὲ καὶ αὐτή περ καλλίσφυρος Αἰνειώνη,
καὶ Γανυμηδείη, καὶ Δαρδάνιον γένος ἦεν
Τρωὸς Ἐριχθονίδαο· σὺ δ', εἰ φίλον ἱερὰ ῥέξαι,
καὶ θῦσαι θυέων (ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκη),
ἔρδε τοι· εὐσεβές ἐστι καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν.
οὐ μὲν γὰρ θνητή, ἀτὰρ οὐδὲ θέαινα τέτυκται.
τοὔνεκεν οὔτε νεὼν ἱερὸν λάχεν, οὔτε τι τύμβου,
οὐδὲ γέρα θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια.
σῆμα μέν οἱ νηῷ ἴκελον δήμῳ ἐν Ἀθήνης·
ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ῥαδαμάνθυος ἀμφιπολεύει.
τοῦτο δὲ Φαυστίνῃ κεχαρισμένον ἥσται ἄγαλμα

v. 42. ειδε τοι ευσεβεεσσι. Marm. unde εἴδεται, Br. εἰ δέ τι. Visc. Equidem, distinctione mutata, dedi quod proxime abest a ductibus marmoris: ἔρδε τοι: si tibi lubet sacra facere et tus flammis injicere, quamvis, si forte nolis, nulla te urget necessitas, fac utique: nam heroes quoque colere pium est. – v. 46. μέν οἱ. in metrum peccare existimatur correptio particulae μέν ante οἱ. quare Hermannus corrigit: σῆμα δέ οἱ. Tot tamen sunt hujus correptionis exempla, ut, si omnia corrigere velis, vix finem inventurus sis.

quentiae praestantiam ab aequalibus fuisse vocatum narrat Philostr. V. 5. II. 10. et II. 17. quod Gellio teste XIX. 12. universos aetatis illius oratores gravitate atque copia et elegantia vocum longo praestaret. – v. 38. ἡ δέ. Regilla. καλλίσφυρος Αἰνειώνη. ut Il. ι. 557. καλλισφύρου Εὐηνίνης. Referebat illa genus ad gentem Juliam, quae ipsa per Julum ad Erichthonium pertinebat, Dardani patrem. Il. υ. 219. Γανυμηδείη appellatur eadem a Ganymede, Dardani pronepote. – v. 40. σὺ δέ. ad viatores lectoresque inscriptionis convertitur oratio. – θῦσαι θυέων. pro θύος. ut ap. Xenoph. K. Π. II. 4, 13. ᾔτει τὸν Κυαξάρην τῶν νεωτέρων ἱππέων. Pausan. V. 15. ἢν δὲ ἁρπάσῃ ποτὲ ἰκτῖνος ἤτοι σπλάγχνα ἢ τῶν κρεῶν. quae cum multis aliis similibus laudat Schaefer. ad L. Bos. p. 476. – v. 45. οὐδέ. media jam habita inter deos et mortales; quare ἡρῷον habet, et munera ei offeruntur, qualia heroibus et heroinis afferri par est. – v. 46. σῆμα. monimentum, cum templo comparandum, est theatrum Athenis in Regillae honorem exstructum, quod Pausan. VII. 20. omnia alia opera superare ait μεγέθει τε καὶ ἐς τὴν πᾶσαν κατασκευήν, consentiente Philostrato l. c. p. 551. et 556. – v. 47. Ῥαδαμάνθυος. in beatorum sedibus simul cum Saturno, cujus est πάρεδρος, imperium exercentis. Cf. Pal. VII. 2. Pindar. Ol. II. 83 (137). – v. 48. Φαυστίνῃ. Vid. ad v. 6. In hujus Augustae, jam pro dea habitae, fano positum simulacrum Regillae, ut majoris deae esset famu-

δήμῳ ἐνὶ Τριόπεω, ἵνα οἱ πάρος εὐρέες ἀγροί,
καὶ χορὸς ἡμερίδων καὶ ἐλαιήεντες ἄρουραι.
οὐ μὲν ἀτιμήσειε θεὰ βασίλεια γυναικῶν
ἀμφίπολον γεράων ἔμεναι καὶ ὀπάονα νύμφην.
οὐδὲ γὰρ Ἰφιγένειαν ἐΰθρονος Ἰοχέαιρα,
οὐδ' Ἕρσην γοργῶπις ἀπητίμησεν Ἀθήνη·
οὐδέ μιν ἡρῴνῃσι παλαιῇσιν μεδέουσα
Καίσαρος ἰφθίμοιο παρόψεται ὄμπνια μήτηρ.
ἐς χορὸν ἐρχομένην προτεράων ἡμιθεάων,
ἣ λάχεν ἠλυσίῃσι χοροστασίῃσιν ἀνάσσειν,
αὐτή τ', Ἀλκμήνη τε, μάκαιρά τε Καδμειώνη.

43. ΑΡΑΒΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Ὕδασι καὶ κήποισι καὶ ἄλσεσι καὶ Διονύσῳ,
καὶ πόντου πλήθῳ γείτονος εὐφροσύνῃ.

la templique ministra, γεράων ἀμφίπολος, ut Iphigenia Dianae, Herse Minervae. De honoribus Iphigeniae post mortem in templo Dianae Brauroniae habitis locus est memorabilis ap. Euripid. Iph. in Taur. 1462. ss. – v. 49. ἵνα οἱ πάρος. ager et vineae, quibus constabat Triopium, ex Regillae patrimonio Herodis possessionibus accesserant. – v. 50. ἐλαιήεντες ἄρουραι. pro ἐλαιήεσσαι. cujus enallages plura exempla excitavi in Not. cr. ad Anth. Pal. p. 904. s. – v. 55. οὐδέ μιν. ut Faustina, Marci Augusti conjux, sic nec mater ejus Domitia Regillam spernet et repudiabit in heroinarum coetu. Domitia enim, quae defuncta fuerat, antequam filius purpuram sumsisset, inter deas referri non potuit, sed inter heroinas relata est. Vid. Tristan. Comment. hist. Tom. I. p. 583. Illa autem imperium in heroinas exercet, ut Od. λ. 485. Achilles νεκύεσσι dicitur κρατεῖν; et Amphiaraus ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει, secundum Sophocl. Electr. 841. – v. 56. ὄμπνια. potens, πότνια. – ἐς χορόν, θίασον, heroinarum coetum. – v. 59. Καδμειώνη. Semele, quae ab aliis diis annumerabatur (Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις vocatur apud Pindar. Pyth. XI. 1.), a nostro una cum Alcmena in beatorum insulis collocatur. Alcmena ibi Rhadamantho conjuge gaudet. Pal. III. 13. Heyne ad Apollodor. II. p. 335. Has mulieres Marcellus cum Domitia videtur conjunxisse, quia omnes deorum, nam imperator quoque pro deo habendus, matres fuerant.

43. In locum amoenissimum prope mare situm, quem suspicari licet fuisse hortum ad palatium Justiniani in Heraeo, cujus amoenitas poetas illius aevi valde exercuit. Elegantem ejus descriptionem dedit Gibbon Hist. of the Decline and Fall of the R. E. c. XL. Tom. VII. p. 103. ed. Bas. – v. 1. Διο-

τερπνὰ δέ μοι γαίης τε καὶ ἐξ ἁλὸς ἄλλοθεν ἄλλος
καὶ γριπεὺς ὀρέγει δῶρα καὶ ἀγρονόμος.
τοὺς δ' ἐν ἐμοὶ μίμνοντας ἢ ὀρνίθων τις ἀείδων,
ἢ γλυκὺ πορθμήων φθέγμα παρηγορέει.

44. ΑΛΕΞΙΠΟΤΩΝ.

Πᾶσα μὲν Ἀξιόχῳ πόλις εὔχεται· ἄλλο γὰρ ἄλλης
πῆμα παραστείχων, ὡς θεός, ἠκέσατο·
ἔξοχα δὲ κραναῇ ῥόον ὕδατος ὤπασεν Ἄσσῳ,
πολλῶν πετράων σκληρὰ μέτωπα τεμών.
μηκέτι φεύγετε πάντες ἀποπροθέοντες ὁδῖται·
πλημμύρω ψυχροῖς ὕδασιν Ἀξιόχου.

45. ΕΡΜΟΚΡΕΟΝΤΟΣ.

Ἵζευ ὑπὸ σκιερὰν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων,
ἇς ἁπαλῷ Ζέφυρος πνεύματι φύλλα δονεῖ,
ἔνθα με Νικαγόρας κλυτὸν εἵσατο Μαιάδος Ἑρμᾶν,
ἀγροῦ καρποτόκου ῥύτορα καὶ κτεάνων.

46. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Μὴ σύ γ' ἐπ' οἰονόμοιο περίπλεον ἰλύος ὧδε
τοῦτο χαραδραίης θερμόν, ὁδῖτα, πίῃς·

νόσφ. vinctis. — v. 3. ἐξ ἁλός. de sede praepositionis vide supra ad ep. 41, 6.

44. In Axiochi cujusdam laudem, qui Assum, urbem Lyciae, cum aliis beneficiis affecerat, tum praesertim aqua, qua caruerat, adducta. — v. 1. εὔχεται. tamquam deo. — παραστείχων. quamcunque urbem adierit, hoc illudve malum atque incommodum tollit, eique medetur, ἠκέσατο. — v. 3. κραναῇ. posita erat urbs ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυσανόδου τόπου. teste Stephano Byz. in Ἄσσος. unde quidam huic urbi satis lepide accommodabat versum Homericum: Ἄσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι. Etiam Strabo. XIII. p. 610. ὀρθίαν eam habere ait καὶ μακρὰν ἀνάβασιν. quae ad v. 4. illustrandum imprimis faciunt. Aquam ab Axiocho adductam in ejus honorem Axiochi fuisse nuncupatam, ut Marcia Romae a Marcio, ex v. 6. fit probabile.

45. Mercurius sub platano umbrosa collocatus viatores invitat, ut ibi morantes considant. — v. 4. ῥύτορα. ut deum agrestem et νόμιον. Vid. ad cap. I. ep. 60.

46. Viatoribus via ad fontem inter rupes limpidissimum demonstratur. — v. 1. ἐπ' οἰονόμοιο, χώρου sc. deinde junge: τοῦτο θερμόν (ὕδωρ) περίπλεον

ἀλλὰ μολὼν μάλα τυτθὸν ὑπὲρ δαμαλίβοτον ἄγκος,
κεῖσέ γε πὰρ κείνᾳ ποιμενίᾳ πίτυϊ
εὑρήσεις κελαρύζον ἐΰκρίνου διὰ πέτρης
νᾶμα, Βορειαίης ψυχρότερον νιφάδος.

47. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Σιγάτω λάσιον δρυάδων λέπας, οἵ τ' ἀπὸ πέτρας
κρουνοί, καὶ βληχὴ πουλυμιγὴς τοκάδων,
αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὐκελάδῳ Πάν,
ὑγρὸν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων·
αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐστήσαντο
Ὑδριάδες Νύμφαι, Νύμφαι Ἀμαδρυάδες.

48. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἔδρανα· πλωτὰ δὲ χέρσου
νῶτα θαλασσαίοις ἄλσεσι τηλεθάει.

XLVIII. 1. ἔδραν ἄκλωτα Pal. unde Hermannus veram lectionem restituit. Dionys. Perieg. 534. καὶ Σάμος ἱμερόεσσα, Πελασγίδος ἔδρανον Ἥρης. Callim. Fr. CXCV. μάκαρον ἔδρανον.

ἰλύος χαραδραίης. – v. 4. ποιμενίᾳ, ad quam pastores convenire et sedere solent. Theocr. Eid. I. 22. ἅπερ ὁ θῶκος τῆνος ὁ ποιμενικός. – v. 6. Βορ. νιφάδος. ut Gallice nive frigidius proverbialiter dicitur.

47. In locum silvestrem et fontibus irriguum, dulci nunc Panis fistula resonantem. – v. 1. σιγάτω. in dei honorem. Baccho loquente σίγησε δ' αἰθήρ, σῖγα δ' εὔλειμος νάπη φύλλ' εἶχε· θηρῶν δ' οὐκ ἂν ἤκουσας βοήν. ut est ap. Euripid. Bacch. 1082. ss. Sic plane ap. Dionysium H. in Apoll. in Br. Anal. T. II. p. 252. Phoebo appropinquante, omnibus circa silentium imponitur: σίγησα, νέμεα σιγάσθω, – φθόγγοι τ' ὀρνίθων· Μέλλει δὲ πρὸς ὑμᾶς βαίνειν Φοῖβος. – v. 4. ὑγρὸν χεῖλος. – humectatum fortasse vertas, quod tibiam inflanti conveniret; sed malim epithetum referri ad flexibilem labiorum calamos perite et celeriter percurrentium agilitatem.

48. Hoc et sequentia duo epigrammata hortos in Heraeo celebrare videntur. – v. 1. χέρσου νῶτα. de canalibus intelligo, hortos secantibus, ita ut eorum ripae nemoribus consitae essent; ut in hortis villae Tiburtinae ap. Stat. I. Sylv. III. 13. s emota alta citatis Incubuere vadis, fallax responsat imago Frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas. –

ὡς σοφός, ὅστις ἔμιξε βυθὸν χθονί, φύκια κήποις,
Νηϊάδων προχοαῖς χεύματα Νηρεΐδων.

49. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι, τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος,
Νύμφαι Νηϊάδες, Νηρεΐς, Ἀδρυάδες·
ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη Χάρις, οὐδὲ δικάζειν
οἶδεν, ἐπεὶ ξυνὴν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

50. ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Εἶξον ἐμοί, Δάφνης ἱερὸν κλέτας, ἔκτοθι πόντου
κείμενον, ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνης.
ἐνθάδε γὰρ Νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ
Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην.
ἀμφ' ἐμὲ γὰρ μάρναντο· δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
καί με παρ' ἀμφοτέραις μέσσον ἔθηκεν ὅρον.

51. ΜΑΡΙΑΝΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Ἦ καλὸν ἄλσος Ἔρωτος, ὅπου καλὰ δένδρεα ταῦτα
πρηῢς ἐπιπνείων ἀμφιδονεῖ Ζέφυρος·
ἧχι καὶ ἑρσήεις ἀμαρύσσεται ἄνθεσι λειμών,
πουλὺν ἰοστεφάνων κόσμον ἀνεὶς καλύκων·
καὶ γλυκερῆς τρίστοιχος ἐπεμβαδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
μαστὸς ἀναθλίβει χεύματα Ναϊάδος·

v. 3. φύκια κήποις i. e. θαλασσαῖα φυτὰ τοῖς τῶν κήπων. – v. 4. Νηϊάδες fontes dulcis aquae, Νηρεΐδες mare significant.

49. In eundem locum. – v. 2. Ἀδρυάδες, id quod Ἀμαδρυάδες. – v. 3. Χάρις, in medio sedens pro judice, non habet, in quam partem det sententiam. – v. 4. ξυνήν. ex fontibus, mari et nemoribus.

50. Eosdem hortos celeberrimo Daphneo luco ad Antiochiam poeta praefert, quod hi ad mare siti, ille a littore sit remotior. Daphnes descriptionem, ex Libanio imprimis petitam, vid. ap. Gibbon. l. c. cap. XXIII. T. IV. p. 94. – ἱερόν. Apollini enim sacer erat. – ἀγραύλου. locus pulchritudine conspicuus quidem, sed agresti illa.

51. In suburbanum Amaseae amoenissimum, Amoris nomine appellatum. – v. 5. τρίστοιχος μαστός. triplex ordo fistularum, ex quibus Naïadum latex

ὁππόθι δενδρήεντα γέρων παρανήχεται Ἶρις
χῶρον, Ἁμαδρυάδων ἔνδιον ἁβροκόμων,
καὶ λιπαρῆς εὔβοτρυν ἀν' ὀργάδα καρπὸς ἐλαίης
θάλλει ἐρισταφύλων πάντοσε θειλοπέδων·
αἱ δὲ πέριξ λαλαγεῦσιν ἀηδόνες· ὃς δὲ μελίζει
ἀντῳδὸν τέττιξ φθέγματος ἁρμονίαν.
ἀλλὰ τὸν ἀκλήϊστον ὅπως, ξένε, μή με παρέλθῃς
τόνδε δόμον, λιτῆς δ' ἀντίασον ξενίης.

52. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δεῦρ' ἴθι, βαιόν, ὁδῖτα, πεσὼν ὑπὸ δάσκιον ἄλσος,
ἄμπαυσον καμάτου γυῖα πολυπλανέος,
χλωρὸν ὅπου πλατάνων αὐτόῤῥυτον ἐς μέσον ὕδωρ
καλὰ πολυκρούνων ἐκπρορέει στομάτων·
ὁππόθι πορφυρέης ὑπὲρ αὔλακος εἴαρι θάλλει
ὑγρὸν ἴον ῥοδέῃ κιρνάμενον κάλυκι.
ἠνίδε πῶς δροσεροῖο πέδον λειμῶνος ἐρέψας
ἔκχυτον εὐχαίτης κισσὸς ἔπλεξε κόμην.

effunditur. Quid μαστοί sint apparet ex Varrone de R. R. III. 14, 2. ubi docet, quomodo locum aridum manu oporteat facere roscidum: qui fit, si eduxeris fistulam, et in eam mamillas imposueris tenues, quae eructent aquam, ubi vid. Schneider. p. 562. – v. 7. Ἶρις fluvius in Pontum effunditur, γέρων, quia in antiquissimis Argonautarum fabulis commemoratur. Apoll. Rh. II. 366. – v. 9. ὀργάς, ager, in quo vites cum oleis junctae sunt; in eo florebant oleae, πάντοσε θειλοπέδων, in omnes partes vineae apricae diffusae. Πάντοσε cum genitivo conjunctum, ut πανταχόσε τοῦ σώματος; ἁπανταχόσε τοῦ πεδίου et similia. Vid. Matth. Gr. gr. §. 357. – v. 11. Ante oculos Marianus habuit epigr. Theocriti IV. (Pal. IX. 437.) ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσαι Μέλπουσι. – v. 13. τὸν ἀκλήϊστον. agrum nemini clausum, unde licet exiguum munus fructuum, quos habet, λιτὴν ξενίην, sumere.

52. In eundem locum. – v. 3. ὅπου χλωρόν (χλωρῷ ὕδατι dixit Euripides apud Plutarch. T. II. p. 767. F.) ὕδωρ αὐτόῤῥυτον, non arte adducta aqua, sed sponte se effundens, καλὰ προρέει ἐκ πολυκρούνων στομάτων, ex plurimis fistularum mamillis, ἐς μέσον πλατάνων. – v. 8. εὐχαίτης κισσός (Vid. cap. IV. 58 et 66.) κόμην ἔκχυτον, comam effusam ramis implicat et ut rete arborum truncis circumdat. Sic πλέγμα ἕλικος est supra cap. IV. 41, 2. –

ἐνθάδε καὶ ποταμὸς λασίην παραμείβεται ὄχθην,
πέζαν ὑποξύων αὐτοφύτοιο νάπης.
οὗτος ἜΡΩΣ. τί γὰρ ἄλλο καὶ ἔπρεπεν οὔνομα χώρῳ,
πάντοθεν ἱμερτῶν πληθομένῳ Χαρίτων;

53. ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασίς, ὕδατ' ἀδελφά,
ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδορραγέα.
χὠ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
ἔπληξ'· ὦ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.

54. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὕδατα κηραίνοντα βλέπεις, ξένε, τῶν ἄπο χερσὶ
λουτρὰ μὲν ἀνθρώποις ἀβλαβῆ ἐστιν ἔχειν·
ἢν δὲ βάλῃς κοίλης ποτὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ,
ἄκρα μόνον δολιχοῦ χείλεος ἀψάμενος,

LIV. 1. υδατα κρανάεντα βλέπεις. Cod. Franek. Vitruvii; unde κηραίνοντα feci. Vulgo: ὕδατα ταῦτα βλέπεις φοβερά.

v. 9. λασίην. arboribus et arbustis consitam.

53. In duos nobilissimos antiquitatis fontes, Pirenen (Ἀσωπίδα) et Hippocrenen (Πηγασίδα), alterum Acrocorinthi, Heliconis alterum. – v. 1. ὕδατ' ἀδελφά. de quodam palmarum genere Plin. XIII. 4, 9. minus speciosae, sed sapore caryotarum *sorores*, ob hoc *Adelphides* dictae, proximam suavitatem habent. Solin. c. 25. E provinciis Mauritanis Tingitana – exsurgit montibus septem, qui, a similitudine *fratres* appellati, freto imminent. Achill. Tat. III. 7. de duabus tabulis pictis: ἀδελφαὶ δὲ καὶ τὴν ἄλλην τύχην αἱ γραφαί. – v. 2. ἵππου. Pegasi. ποταμοῦ. Asopi, qui Sisypho in mercedem indicii de raptu Aeginae filiae Pirenen in Acrocorintho elicuisse narratur. Pausan. II. 5. – ποδορραγέα. ut Hippocrene ungula equi, sic Pirene pedis ictu excitata, fere ut ap. Theocrit. Eid. VII. 6. Chalcus dicitur: ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν εὖ γ' ἐνερεισάμενος πέτρᾳ γόνυ. Erant qui Pegasum etiam Pirenes auctorem facerent. Dio Chrysost. Or. XXXVI. p. 95. Πήγασον – φασὶν ἀνεῖναι κρήνην ἐν Κορίνθῳ χαράξαντα τῇ ὁπλῇ.

54. In fontem Susis manantem, ex quo qui biberent dentes amittere dicebantur. Rem narrat, qui etiam hoc epigr. servavit, Vitruvius VIII. 3. – v. 1. κηραίνοντα, βλάπτοντα. – v. 3. ἢν δὲ βάλῃς. Pal. XI. 59. εἰ ποτε δὲ στομάτεσσι βαλεῖν τινα βρῶσιν ἀνάγκη. Infra ep. 66, 5. ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ. translata significatione Bion. V. 12. ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας βάλλομες.

αὐτῆμαρ πρισῆρες ἐπὶ χθονὶ δαιτὸς ὀδόντες
πίπτουσιν, γενύων ὀρφανὰ θέντες ἕδη.

55. ΑΔΗΛΟΝ.

Ἀέναον ΚΑΘΑΡΗΝ με παρερχομένοισιν ὁδίταις
πηγὴν ἀμβλύζει γειτονέουσα πέτρη·
πάντη δ' αὖ πλατάνοισι καὶ ἡμεροθηλέσι δάφναις
ἔστεμμαι, σκιερὴν ψυχομένη κλισίην·
τοὔνεκα μή με θέρευς παραμείβεο· δίψαν ἀλαλκὼν
ἄμπαυσον παρ' ἐμοὶ καὶ κόπον ἡσυχίῃ.

56. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Ἡ ΚΑΘΑΡΗ (Νύμφαι γὰρ ἐπώνυμον ἔξοχον ἄλλων
κρήνῃ πασάων δῶκαν ἐμοὶ λιβάδων),
ληϊστὴς ὅτε μοι παρακλίντορας ἔκτανεν ἄνδρας,
καὶ φονίην ἱεροῖς ὕδασι λοῦσε χέρα,
κεῖνον ἀναστρέψασα γλυκὺν ῥόον, οὐκέτ' ὁδίταις
βλύζω· τίς γὰρ ἐρεῖ ΤΗΝ ΚΑΘΑΡΗΝ ἔτι με;

57. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ.

Ἡ πάρος εὐύδροισι λιβαζομένη προχοαῖσι,
πτωχὴ νῦν Νυμφῶν, μέχρι καὶ εἰς σταγόνα.
λυθρώδεις γὰρ ἐμοῖσιν ἐνίψατο νάμασι χεῖρας
ἀνδροφόνος, κηλῖδ' ὕδασιν ἐγκεράσας·
ἐξ οὗ μοι κοῦραι φύγον ἥλιον, εἰς ἕνα Βάκχον,
εἰποῦσαι, Νύμφαι μισγόμεθ', οὐκ ἐς Ἄρη.

LV. 3. ἡμεροθαλλέσι. Pal. ἡμεροθαλέσι. Plan. Quum nullum sit in hoc epigr. dorismi vestigium, ἡμεροθηλέσι scripsi cum Graefio.

55. De fonte ob limpidam aquam Καθαρή appellato. — v. 4. σκιερὴν ψυχ. κλισίην. durior locutio pro: ἔχουσα καὶ παρέχουσα σκιερὰν καὶ ψυχρὰν κλισίαν i. e. κλίνην. — v. 5. ἀλαλκών. de hac forma vid. Buttmann. in Gr. major. §. 114. in verbo ἀλέξω. Post sitim restinctam lassitudinem quoque quiete leva.

56. In alium fontem eodem nomine appellatum, sed, postquam sanguine inquinatus fuerat, aridum factum. — v. 2. Junge: ἐμοὶ τῇ κρήνῃ, et ἔξοχον ἄλλων πασῶν λιβάδων.

57. In idem argumentum. — v. 4. κηλῖδα. piaculum, quod ipse sibi contraxit, cum aquis communicavit. — v. 5. κοῦραι. quae Νύμφαι sunt v. 2. et v. 6. aqua ipsa.

58. ΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

α. Σιγήσας ἄρυσαι. β. τίνος οὕνεκα; α. μηκέτ' ἀρύου.
β. τεῦ χάριν; α. Ἡσυχίης ἡδὺ λέλογχα ποτόν.
β. δύςκολος ἡ κρήνη. α. γεῦσαι, καὶ μᾶλλον ἐρεῖς με
δύςκολον. β. ὦ πικροῦ νάματος. α. ὦ λαλιῆς.

59. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Λαβροπόδη χείμαῤῥε, τί δὴ τόσον ὧδε κορύσσῃ,
πεζὸν ἀποκλείων ἴχνος ὁδοιπορίης;
ἦ μεθύεις ὄμβροισι, καὶ οὐ Νύμφαισι διαυγὲς
νᾶμα φέρεις, θολεραῖς δ' ἠράνισαι νεφέλαις.
ὄψομαι ἠελίῳ σε κεκαυμένον, ὅςτις ἐλέγχειν
καὶ γόνιμον ποταμῶν καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

60. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἱ Χάριτες λούσαντο, ἀμειψάμεναι δὲ λοετρὸν
δῶκαν ἑῶν ῥεέθρων ὕδασιν ἀγλαΐην.

LIX. 4. ἠράνισ' ἐν. Pal. Plan. ἠράνισαι scripsi cum Huetio: mutuo Salmasii.

58. Colloquium fontis Tranquillitati dicati, et amari saporis, cum viatore, cui, si bibere velit, silentii legem imponit. — v. 3. δύςκολος. morosi enim loquacitatem odio habent. — Pro plurimis miraculis, quae de fontibus narrantur plurima apud Aristotelem de Mirab. Ausc., Antigonum Carystium et alios, probabile fit fontem fuisse, qui diceretur tacentibus dulcem aquam praebere, loquentibus amaram. Simile certe est, quod ap. Paul. Sil. LXXIV. 71. fons dicitur vituperatione turbari, laude limpidiorem reddi.

59. Torrenti imbribus vehementer aucto poeta praedicit fore, ut paulo post omnis ille tumor subsidat. Ovid. Remed. Am. 651. Flumine perpetuo torrens solet acrius ire; Sed tamen haec brevis est, illa perennis aqua. Meletem fluvium laudat Aristides T. I. p. 273. quod οὔτε ἐξ ὄμβρων ποτὲ ὕβρισεν, οὔτε αὐχμοῖς εἶξεν. — v. 1. κορύσσῃ. Hesych. κορύσσεσθαι. ἐπαίρεσθαι. κορύσσεται. ὑψοῦται. Apollon. Rhod. IV. 214. ὅσσα τε πόντου Κύματα χειμερίοιο κορύσσεται ἐξ ἀνέμοιο. — v. 3. μεθύεις. imbre ebrius bacchari. Frequens usus translatus verbi μεθύειν, sed imprimis argutum ὄμβροις μεθύειν. — Νύμφαισι. aquam a Nymphis tributam, nativam et limpidam; cui opponitur ὕδωρ θολερόν, παρὰ νεφελῶν ἐρανισθέν.

60. In balneum tam amoenum, ut venustatem a Gratiis accepisse videatur. In v. 1. hiatus excusatur pausa, quam distinctio facit.

61. ΑΛΛΟ.

Ἢ τόδε Κυθήρειαν ὕδωρ τέκεν, ἢ Κυθέρεια
νῦν τεῦξεν ὕδωρ, ἐν χροὶ λουσαμένη.

62. ΑΛΛΟ.

Τῶν Χαρίτων τόδε λουτρὸν ἀθύρματα· καὶ γὰρ ἐκείνας
μούνας ἔσω παίσδεν τὰς Χάριτας δέχεται.

63. ΑΛΛΟ.

Τὸν ποταμόν, βαλανεῦ, τίς ἐπήγαγε; τίς βαλανεῖον
τὴν κρήνην ψευδῶς τήνδε μετωνόμασεν;
Αἴολος Ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ὧδε μετοικίσας ἤγαγε τοὺς ἀνέμους.
πρὸς τί δὲ καὶ σανίδες δύο τοῖς ποσὶν αὖθ' ὑπόκεινται;
οὐ διὰ τὴν θέρμην τῆς χιόνος δ' ἕνεκα.
Φρίξου καὶ Νάρκης οὗτος τόπος. ἀλλ' ἐπίγραφον
„τῷ Μεσορὶ λοῦσαι· πνεῖ γὰρ ἔσω Βορέας."

64. ΜΑΡΙΑΝΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ.

Μητέρα Κύπριν ἔλουσεν Ἔρως ποτὲ τῷδε λοετρῷ,
αὐτὸς ὑποφλέξας λαμπάδι καλὸν ὕδωρ.

LXIII. 3. Αἴολος. vulgo ap. Homerum. Αἰόλος, Pal. Plan. Cf. Rust. Addend. ad Gregor. Cor. p. 864. Schaefer. ad Apoll. Rh. T. II. p. 300.

62. In aliud balneum, exiguum quidem, sed venustum. – v. 1. ἀθύρματα, quodvis oblectamentum; hic de loco, quo Gratiae delectantur. – v. 2. μούνας. scriptum distichon dialecto Dorica, quae in μούνας posteriorem syllabam corripi patitur. Vid. Spitzner. Prosod. §. 23. 4. not. 1.

63. In balneum falso sic appellatum, quum ob eximium frigus flumen potius videatur aut rivus nive circumdatus. – v. 3. Αἴολος. versus Homericus Od. κ. 2. – v. 7. Φρίξος καὶ Νάρκη, novi dii, accommodate tali frigidario ficti, cognatique Pallori et Pavori, quos Tullus in re trepida primus consecrasse traditur. – v. 8. τῷ Μεσορί. mensis aestivus, quo tempore nihil refrigeratione est jucundius.

64. Thermarum quarundam venustas inde derivatur, quod Venus in iis laverit, et Amor aquas face accenderit. – v. 2. ὑποφλέξας. Regianus Anth. Lat.

μηροὺς δ' ἀμβροσίοιο χυθεὶς χροὸς ἄμμιγα λευκοῖς
ὕδασι, φεῦ, πνοιῆς ὅσσον ἀνῆψεν ἔαρ·
ἔνθεν ἀεὶ ῥοδόεσσαν ἀναζείουσιν ἀϋτμήν,
ὡς ἔτι τῆς χρυσῆς λουομένης Παφίης.

65. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τῇδ' ὑπὸ τὰς πλατάνους ἁπαλῷ τετρυμένος ὕπνῳ
εὗδεν Ἔρως, Νύμφαις λαμπάδα παρθέμενος.
Νύμφαι δ' ἀλλήλῃσι, τί μέλλομεν; αἴθε δὲ τούτῳ
σβέσσαμεν, εἶπον, ὁμοῦ πῦρ κραδίης μερόπων.
λαμπὰς δ' ὡς ἔφλεξε καὶ ὕδατα, θερμὸν ἐκεῖθεν
Νύμφαι Ἐρωτιάδες λουτροχοεῦσιν ὕδωρ.

66. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀγρότα, σὺν ποίμναις τὸ μεσαμβρινὸν ἤν σε βαρύνῃ
δίψος, ἀν' ἐσχατιὰς Κλείτορος ἐρχόμενον,
τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα, καὶ παρὰ Νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.

III, 28. de Bajis olim gelidis: at Venus – natare lacus cum lampade jussit Amorem. Dum natat, algentes cecidit scintilla per undas. Hinc vapor ussit aquas. – v. 4. πνοιῆς ἔαρ. odorem suavissimum. Saepe sic ἔαρ translata significatione reperitur. – v. 5. ῥοδόεσσαν ἀϋτμήν. tale quid de fluvio narratur Syriae, in quo post nuptias Juno lavit, ap. Aelian. H. A. XII. 30. – v. 6. τῆς χρυσῆς. Homericum Veneris epitheton.

65. Idem argumentum, simili ratione, nec minore elegantia tractatum. – v. 2. τετρυμένος ὕπνῳ. similiter Tibull. I. 3, 88. puella Paulatim somno fessa remittit opus. – v. 3. αἴθε σβέσσαμεν. utinam exstinxerimus! Similiter Pal. IX. 629. αἴθε σε, Πίνδαρε, μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥεέθροις. Aristaen. I. Ep. I. p. 9. εἴθε ἢ ταύτην εὐτυχήσαμεν, ἢ νῦν ἠρξάμεθα τῆς ἡλικίας.

66. Fons Clitorius, in quo Melampus Proeti filias purgaverat, pastores monet, ne aqua sua ad lavandum abutantur. Fons nomen traxit a Clitore rege Arcadiae, urbis ipsius nomine appellatae conditore. – v. 3. ἄρυσαι πόμα. sitim igitur restinguere aqua illius fontis non prohibentur homines, sed a lavacro ar-

ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
πημήνῃ, τερπνῆς ἐντὸς ἰόντα μέθης·
φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα Μελάμπους,
λυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀρτεμέας,
πάντα καθαρμὸν ἔβαψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἄρ' ἀπ' Ἄργους
οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

67. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Νῦν ἔγνων, Κυθέρεια, πόθεν νίκησας ἀγῶνα,
τὴν πρὶν Ἀλεξάνδρου ψῆφον ὑφαρπαμένη.
ἐνθάδε γὰρ τέγγουσα τεὸν δέμας, εὗρες ἐλέγξαι
Ἥρην Ἰναχίοις χεύμασι λουσαμένην.
νίκησεν τὸ λοετρόν· ἔοικε δὲ τοῦτο βοώσῃ
Παλλάς· ἐνικήθην ὕδασιν, οὐ Παφίῃ.

LXVI. 5. *μήτ' ἐπί.* *μήτε* interdum semel poni constat; quod an hic locum habeat, vide. Possit scribi mutatione lenissima: *μή ποτι λουτρὰ βάλῃς χροΐ.* ut supra ep. 54. *ἢν δὲ βάλῃς κοίλης πορκὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ.* – v. 8. 9. horum versuum emendatio debetur acumini Schaeferi ad Longum p. 412.

centur: *μὴ ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ.* Euripid. Orest. 305. *λουτρά τ' ἐπὶ χροὸς βάλλε.* Cf. supra ep. 54, 3. – v. 5. *αὔρη.* vapores ex aqua sublati, quos etiam Latini auram vocant. – v. 6. *ἐντὸς ἰόντα μέθης.* vino prolutum. Sic *λογισμῶν ἐντὸς εἶναι* est ap. Plutarchum, oppositum *ἐκτὸς γνώμης*, et similia. – v. 7. *μισάμπελον.* Phylarchus ap. Athen. II, p. 43. F. *φησὶν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκέτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν.* caussam addit miraculi Stephan. Byz. in *Ἀζανία*, et Ovid. XV. Met. 325. Clitorio quicunque sitim de fonte levarit, Vina fugit – Seu vis est in aqua calido contraria vino (*μισάμπελόν τι*), sive, quod indigenae memorant, Amythaone natus, Proetidas attonitas postquam per carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Misit aquas, odiumque meri permansit in undis. Cf. Apollodor. II. 2, 2. – v. 8. *ἀρτεμέας.* per prolepsin ob effectum, Melampi remediis sanatas. – v. 9. *καθαρμόν*, purgamina, *ἔβαψεν ἀπόκρυφον*, in fontem immersa abscondidit.

67. In balneum amoenissimum. Venerem his aquis corpus lavisse ait poeta, antequam pulchritudinis certamen coram Paride iniret. – v 4. *Ἰναχίοις.* in Inacho Argis, ubi Junonem imprimis cultam fuisse constat. Cf. Boettiger Mythologie der Juno p. 129.

68. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ὅσσαις θηλυτέραις ἐστὶν πόθος, ἔστι δὲ πάσαις,
δεῦρ' ἴτε, φαιδροτέρης τευξόμεναι χάριτος.
χἡ μὲν ἔχουσα πόσιν τέρψει πόσιν· ἡ δ' ἔτι κούρη
ὀτρυνέει πλείστους ἕδνα πορεῖν λεχέων·
ἡ δὲ φέρουσα πόρους ἀπὸ σώματος ἐσμὸν ἐραστῶν
ἕξει ἐπὶ προθύροις, ἐνθάδε λουσαμένη.

69. ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛ.

Θερμὰ τάδ' ἀτρεκέως βασιλήϊα· τήνδε γὰρ αὐτοῖς
οἱ πρὶν ἀγασσάμενοι θῆκαν ἐπωνυμίην.
οὐ γὰρ ὑπὸ βροτέῳ πυρὶ θάλπεται ἀγλαὸν ὕδωρ,
αὐτομάτη δὲ λιβὰς τίκτεται αἰθομένη·
οὐδὲ ῥόου ψυχροῦ ποτιδεύεαι ἀμφὶ λοετρά;
ἀλλ' οἷον ποθέεις, τοῖον ὑπεκφέρεται.

70. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Χῶρος ἐγὼ Δαναοῖς μεμελημένος, ἔνθα μολόντες
τῆς Ποδαλειρείης ἐξελάθοντο τέχνης.
ἕλκεα γὰρ μετὰ δῆριν ἐμοῖς ἀκέσαντο ῥεέθροις,
βαρβαρικῆς λόγχης ἰὸν ἀπωσάμενοι.

68. Balneum quoddam omnis ordinis mulieres ad se invitat, pulchritudinem se illis aucturum promittens. - v. 1. πόθος. μείζονος κάλλους τεύξεσθαι ex proximis assumendum. - v. 4. ἕδνα πορεῖν. Il. π. 178. ὅς ῥ' ἀναφανδὸν ὄπυιε, πορὼν ἀπερείσια ἕδνα. - v. 5. φέρουσα πόρους. fortasse rectius φερομένη, quamquam illud quoque sic reperitur. Vid. not. cr. ad Anth. Pal. p. 431. - v. 5. ἐσμὸν ἐραστῶν. Pal. VI. 1. ἡ τὸν ἐραστῶν Ἐσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων.

69. In thermas quasdam, ob aquarum in iis praestantiam Regias nuncupatas. Prope Constantinopolin fuisse videntur. - v. 3. 4. non igne ibi ut in aliis calefacta aqua, sed naturali calore pollebat, ita tamen temperato, ut frigidam affundi non esset necessarium.

70. In thermas Agamemnonias haud procul a Smyrna, ubi Graeci post pugnam in Mysia vulnera curasse dicebantur. Philostr. Heroic. XVIII. p. 691. Cf. Boissonad. p. 462. - v. 2. Ποδαλειρείης. non requirebant Podalirium, summum artis medendi artificem. Ovid. II. A. A. 735. - v. 4. βαρβαρικῆς. Mysi despicatissimi hominum. Cicero or. pro Flacco. c. 27. - ἰόν. aeruginem, vulneribus maxime perniciosam.

[illegible]
[illegible]

71. [illegible]

[illegible]
[illegible]

72. [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

LXXII. 4. [illegible] Vulg. [illegible] Pal. [illegible]

71. De balneo sole collustrato, quod [illegible] laudabant veteres, blattaria vocantes balnea, quae non ita aptata essent, ut totius diei solem fenestris amplissimis reciperent. Seneca Epist. LXXXVI. cf. Lucian. in Hipp. §. 5. Hinc apparet, cur Gratiae Solem h. l. jurent. – v. 2. ambigua est sententia. Aut hoc dicunt deae: se aut in hoc balneo habitare, aut apud Venerem, alteram sedem cum altera pro arbitrio permutantes; aut hoc: sibi magis placere in hoc balneo habitare quam apud Venerem.

72. In Sangarium, fluvium Asiae, Justiniano imperante primum ponte junctum. Cum laude hoc opus commemorat Procop. de Aedific. V. 3. et Paul. Silent. in Descr. S. Sophiae v. 513. [illegible] Σαγγαρίου [illegible] Νῶτα λιθοδμήτοιο [illegible] γεφύρης. – v. 1. μεθ' Ἑσπερίην. post devictam Italiam. Persas barbarasque nonnullas gentes. – v. 4. ἐδουλώθης. ponte tamquam jugo ipsi imposito. Aeschyl. Pers. 751. de Xerxe: ὅστις Ἑλλήσποντον ἱερὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν ἤλπισε σχήσειν – πέδαις σφυρηλάτοις περιβαλών. – v. 5. ἀνέμβατος. erat enim τελίως κοῖλος καὶ δύσβατος, teste Polybio apud Suid. in Γάλλος. ubi consul Romanus eum diu ante Justinianum ponte junxisse narratur. – v. 6. σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ. Append. ex Plan. I. 8. ἀλυκτοπέδαις σφίγγῃ χέρας.

73. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

εἰς παραθαλάσσιον κῆπον, ἐν ᾧ ἦν καὶ λουτρὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Τὰς τρεῖς μοι Χάριτας λεύσσεις, ξένε· Ποντομέδων γὰρ
γείτονος ἐκ πόντου τὴν μίαν εἰργάσατο·
τὴν δ' ἑτέρην ἐτέλεσσε φυτῶν εὔκαρπος ἀλωή·
τὴν δ' ὑπολειπομένην τοῦτο τὸ λουτρὸν ἔχει.

74. ΑΛΛΟ.

Τῇδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες, ὁδῖται;
γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι·
μὴ φύρδαν· ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ
καὶ δίψᾳ, δολιχὰν οἶμον ἀνυσσάμενοι.
πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος εὔσκιος· ἁ δ' ὑπὸ πέτρᾳ
πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον·
ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἄσθμα,
ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

LXXIV. 3. *μηφυρδανοσσον.* Pal. quod emendavit Huschke. – v. 5. *σύσκιος.* Pal. qui pessimus rhythmus in tam eleganti epigrammate ferri non potuit. Scripsi *εὔσκιος.*

73. In hortum et maris vicinitate, et vinetis, balneo denique commendatum, unde tres Gratias ibi junctas conspici poeta ait.

74. Locus umbrosus, ubi Mercurius sub junipero stabat, viatores itinere lassos ad se invitat. – v. 1. *ἴτ' ἀμπαύοντες.* praesens pro futuro, ut saepe. Vid. not. cr. ad Anth. Pal. p. 202. Lobeck. ad Phryn. p. 13. – v. 2. *ὁδοῦ φύλακι.* ἐνοδίῳ. – v. 3. *ὅσσοι δέ.* ἀλλὰ οἱ κάμνοντες μόνον καὶ οἱ διψῶντες. – v. 6. *γυιοβαρῆ κάματον.* Aeschyl. Agam. 62. *πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ.* – v. 7. *ἔνδιον, μεσημβρινόν.* Hesych. *εἴδεος. θάλπους. εἴδεος ἐνδίοιο. καύματος μεσημβρινοῦ.* quam glossam ad Callimachum spectare egregie docuit Naecke in Diss. cr. p. 23. – *ὀπωρινοῦ κυνός.* Tibull. I. 1, 27. Canis aestivos ortus vitare sub umbra. – *ἄσθμα.* Pal. VII. 210. *ἐσχαρίου λάβρον ἐπ' ἄσθμα πυρός.* Nonn. Dionys. I. 2. *μογοστόκον ἄσθμα κεραυνοῦ.*

75. [illegible]

[illegible]
ξεῖνε. [illegible]
καί με [illegible] ὑπ' Ἤιονος. [illegible]
Δρούσου [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
μή με μάτην, ξεῖνε, [illegible]
Πόντῳ καὶ Νύμφαις, Κύπριδι, καὶ Βρομίῳ.

75. In templum et statuam Veneris ab Eone, Drusi et Antoniae liberto, ad Simoessanum lituus, ubi hoc epigramma repertum in marmore, collocatam. – v. 2. πάλιν ἀντιγραφομένην. fortasse ob locum, in quo posita erat, aut, quod Viscontius existimat, quod esset statua Veneris Anadyomenes. – v. 3. στίλβουσιν. contracta oratio pro ναοὶ στίλβοντες καὶ λαμπροί μοι ᾠκοδομήθησαν ὑπ' Ἤιονος. – v. 3. Junge: ἦν δόμος ἔθρεψεν ἐν κόλποις ἄθυρμα οὖσαν Δρούσου. De verna Pal. VII. 643. ἐράσμιον αἰὲν ἄθυρμα οἰκογενές, κούρην αἱμύλον εἶναι ἔτι. – ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος sic Eurip. Iph. Taur. 1292. Pal. VI. 144. Ἀκαδημίας ἐν ἀγοστῷ. – γαμετῆς. Antoniae, M. Antonii ex Octavia filiae. – v. 5. Junge: ἐν τρίσσαι χάριτες. Eonis scilicet, quam, ut alteram Venerem, Πειθὼ comitatur et Ἵμερος. unde totus hic locus venustatis plenus. – ἐρατεινός, ἐπιτήδειος. – v. 7. συμπόσιον. Vid. supra ep. XLI. 31. Templum itaque circumdatur vinetis et pergulis, ubi quum homines ad bibendum convenirent, Eon dicitur adduxisse ac admovisse, ἐφέλκεσθαι, ἐγκυλίκιον, pocula ampla, capacia. – v. 9. περὶ πέζαν. fanum Veneris in altiore loco gradibus elatum fuisse positum puta, ita ut paulo inferius thermae essent. Pal. VI. 60. νῆα – ἐς νηοῦ πέζαν ἐρεισάμενος. Dion. Perieg. 61. πέζαν ὑποξύουσα πολήων. – v. 10. Amoris flammis thermarum ibi calor tribuitur, ut supra epigr. 64 et 65.

CAPUT X.

ΕΙΣ ΖΩΑ ΚΑΙ ΦΥΤΑ.

1. ΑΔΔΑΙΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ.

Αὔλακι καὶ γήρᾳ τετρυμένον ἐργατίνην βοῦν
Ἄλκων οὐ φονίην ἤγαγε πρὸς κοπίδα,
αἰδεσθεὶς ἔργων· ὁ δέ που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ
μυκηθμοῖς ἀρότρου τέρπετ᾽ ἐλευθερίῃ.

2. ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΣ.

Ταῦροι πρηϋτένοντες, ἀροτρευτῆρες ἀρούρης,
εἰν ἁλὶ τοὺς γαίης ἀντέχομεν καμάτους.
αὔλακα τὴν ἀσίδαρον ἐν ὕδασιν ἕλκομεν ἄμφω,
μακροτόνων σχοίνων ἅμμα σαγηνόδετον.
ἰχθύσι δ᾽ ἐκ σταχύων λατρεύομεν. ἁ ταλαεργοί,
ἤδη κὴν πελάγει καρπὸν ἀροῦσι βόες.

II. 2. *ἀντέχομεν καμάτους.* structura inusitata. Dicitur *ἀντέχειν πρός τι*, et *ἀντέχειν τινί.* Fortasse corrigendum: *εἰν ἁλὶ τοῖς γαίης ἀντέχομεν καμάτοις.*

1. De bove operario, quem senectute confectum dominus libertate donaverat, idque *αἰδεσθεὶς ἔργων*, secutus priscorum hominum consuetudinem, quos bobus aratoribus pepercisse testatur Cicero de N. D. II. 63. Lex fuit apud Athenienses *βοῦν ἀρότην μὴ θύειν.* Aelian. V. H. V. 14. similisque apud Phrygas. Ib. Hist. An. XII. 34. Aeneae aetatis scelera commemorans Aratus Phaen. 132. *πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτήρων.*

XC. 3. ὀλεῖται. Pal. cui lectioni, per se absurdae, propius fortasse accesserit ἕλοιτ' ἄν, quod et veterum usui et grammaticorum praeceptis magis est consentaneum.

90. Hedera vituperatur, quod vitem arcto complexu constringat ejusque incrementum impediat. — v. 1. λάθριον ἑρπηστήν. paulatim subrepentem. σκολιὸν πόδα. flexipedes hederae. Ovid. Metam. X. 99. πόδα λοξὸν ἑλίσσων Κισσός. Nonn. Dion. XII. 189. — χορεύσας. vi transitiva, respectu habito ad flexus hederae, flexibus saltantium comparandos. Vid. supra ad ep. 55, 8. Similiter Pal. VII. 36. σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἅλοιτο πόδας. ubi etiam ἅλλεσθαι transitive valet. — v. 2. βοτρυόπαιδα. Theocrit. Ep. IV. ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι Ἄμπελος. — ἄγχεις. Laberius apud Macrob. II. 7. ut hedera serpens (ἑρπηστής) vires arboreas necat. — v. 3. Potantes tempora cingunt coronis hederaceis; qui honor hederae habitus cessabit vino cessante.

91. Olea, Palladi sacra arbor, vitis complexus deprecatur. — θλίβετε. ambiguum verbum, ut urgere. Vid. Mitscherl. ad Horat. I. Od. V. 2.

92. In vitem invehitur, acerbarum parentem uvarum, utque exstirpetur optat. — v. 4. Ἰβηριάς. Iberia inter pontum Euxinum et mare Caspium, regio, ut vicina Chalybum, ferri ferax, σιδηροτόκος. — v. 5. ἀπέπαντοι βότρυες uvae esse videntur, quae nec maturae sunt, nec ullo sole emolliri possunt, et propterea στυφελὴν σταγόνα ἐκχέουσιν, liquorem os acerbitate contrahentem. Cf. ep. 93, 3. Ἰὸς στυφελός est ap. Quint. Sm. IX. 381. —

δίζημαι, Λυκόεργε, τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

93. ΑΔΗΛΟΝ.

Τίς ποτ' ἀκηδέστως οἰνοτρόφον ὄμφακα Βάκχου
ἀνὴρ ἀμπελίνου κλήματος ἐξέσαμεν,
χείλεα δὲ στυφθεὶς ἀπό μιν βάλεν, ὡς ἂν ὁδίταις
εἴη νισσομένοις ἡμιδαὲς σκύβαλον;
εἴη οἱ Διόνυσος ἀνάρσιος, οἷα Λυκούργῳ,
ὅττι μιν αὐξομέναν ἔσβεσεν εὐφροσύναν.
τοῦδε γὰρ ἂν τάχα τις διὰ πώματος ἢ πρὸς ἀοιδὰς
ἤλυθεν, ἢ γοεροῦ κάδεος ἔσχε λύσιν.

94. ΕΠΙΓΟΝΟΥ.

Ἡ πάρος εὐπετάλοισιν ἐν οἰνάνθαις νεάσασα,
καὶ τετανῶν βοτρύων ῥᾶγα κομισσαμένη,
νῦν οὕτω γραιοῦμαι. ἴδ' ὁ χρόνος οἷα δαμάζει·
καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων.

XCIII. 5. *Λυκούργῳ*. Plan. structura leniore. *Λυκοῦργος*. Pal. Proximo versu fortasse legendum: *ὅττι οἱ αὐξομ*. Si quis Palatini cod. lectionem praetulerit, verba sic jungenda dixeris: *ὅτι οἷα Λυκοῦργος εὐφροσύναν ἔσβεσεν*.

v. 7. *Λυκόεργε*. Lycurgus, Thraciae rex. Il. ζ. 130.

93. De uva immatura, quam quis ob acerbum gustum in viam projecerat. – v. 3. *χείλεα στυφθείς*. Pal. VII. 536. *πνιγόεσσαν ἀχερδον ἀποστύφουσαν ὁδιτῶν χείλεα*. – v. 4. *ἡμιδαές*. ambiguae significationis vocabulum. Explicatur semiesum. – v. 6. *εὐφροσύναν*. quam vinum maturis uvis expressum peperisset. De verborum structura vid. var. lect. – v. 8. *κάδεος λύσιν*. unde vini dator *Λυαῖος*.

94. De vite temporis vim passa. – v. 1. *νεάσασα*, *νέα οὖσα ἦν ἐν οἰν. εὐπετάλοις*. juvenis virescentibus ornabar palmitibus. – v. 2. *τετανῶν*. succi plenarum et turgentium, quibus opponuntur rugosae. Vid. not. cr. ad Anth. Pal. p. 512. Tres quodammodo vitis aetates describuntur: prima, quum frondibus virebat; altera juventutis, quam nitidae et turgentes uvae ornabant; tertia senilis, uvis jam passis et rugosis; nam *σταφυλή* quoque senectutem experitur. *σταφυλὴ γραίη* poeta ap. Suid. in *ἀσταφίς*.

95. ΑΛΛΟ.

Τίπτε με τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον, ἠλεὲ τέκτον,
τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσοπόρον;
οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας; ὅ τοι Βορέης μ' ἐδίωξεν
ἐν χθονί· πῶς ἀνέμους φεύξομαι ἐν πελάγει;

96. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὔρεσιν ἐν δολιχοῖς βλωθρὴν πίτυν ὑέτιός με
πρόρριζον γαίης ἐξεκύλισε Νότος·
ἔνθεν ναῦς γενόμην, ἀνέμοις πάλιν ὄφρα μάχωμαι.
ἄνθρωποι τόλμης οὔ ποτε φειδόμενοι.

97. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὁλκάδα πῦρ μ' ἔφλεξε, τόσην ἅλα μετρήσασαν,
ἐν χθονί, τῇ πεύκας εἰς ἐμὲ κειραμένῃ,
ἣν πέλαγος διέσωσεν, ἐπ' ᾐόνος· ἀλλὰ θαλάσσης
τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην.

98. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγέ· σὺ γὰρ δρόμον ηὕραο πόντου,
καὶ ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠρέθισας·

95. Pinus ventorum vi prostrata reprehendit fabrum, quod malum omen nihil veritus, ipsam navi aedificandae adhibeat. — v. 1. *ἁλώσιμον*, ventis expugnabile; qua significatione hoc vocabulum alibi reperiri non videtur. — *ἠλεέ*. φρένας in Od. β. 243.

96. Idem argumentum. — v. 1. *βλωθρήν*. Apoll. Rh. IV. 1476. *καί οἱ ὑπὸ βλωθρὴν ἀχερωΐδα σῆμα τέτυκται.* docte de hoc arborum epitheto disputavit Eustath. Il. p. 912, 26. — v. 3. ὄφρα *μάχωμαι*, bene habet conjunctivus post *ἐγενόμην*, quum de re adhuc durante agatur. cf. supra ad ep. 81, 7. — v. 4. *οὔποτε φειδόμενοι.* nunquam parcentes audaciae i. e. ultra modum audaces. Sic apud Horat. I. Od. XXVIII. 23. ne parce malignus arenae est pro: larga manu arenam affunde.

97. Navis, post plurima itinera flammis in littore absumta, terram sibi minusquam mare fidam esse conqueritur. — v. 2. *κειραμένῃ*. quae, ut aedificarer, piceas sibi abscidi, piceis se privari passa est. Metaphora ducta a comis. Catullus in dedicatione phaseli IV. 9. Ponticum sinum, ubi iste, post phaselus, antea fuit Comata silva. Sic tonsa vallis, arboribus spoliata, est ap. Virgil. IV. Georg. 277. — v. 3. *ἐπ' ᾐόνος* jungendum cum verbis *ἐν χθονί.*

98. Audaciam hominum, navigationis caussam et inventricem, vituperat. Cf. interpp. Ho-

οἷον ἐτεκτήνω δόλιον ξύλον, οἷον ἐνῆκας
ἀνθρώποις θανάτῳ κέρδος ἐλεγχόμενον;
ἦν ὄντως μερόπων χρύσεον γένος, εὖτ᾽ ἀπὸ χέρσου
τηλόθεν, ὡς Ἀΐδης, πόντος ἀπεβλέπετο.

99. ΖΗΛΩΤΟΥ. οἱ δὲ ΒΑΣΣΟΥ.

Ἐκλάσθην ἐπὶ γῆς ἀνέμῳ πίτυς· ἔς τί με πόντῳ
στέλλετε ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης;

100. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀρτιπαγῆ ῥοθίαισιν ἐπὶ κροκάλαισί με νῆα,
καὶ μήπω χαροποῦ κύματος ἁψαμέναν,
οὐδ᾽ ἀνέμεινε θάλασσα· τὸ δ᾽ ἄγριον ἐπλήμμυρεν
χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠϊόνων
ὁλκάδα τὰν δείλαιαν ἀεὶ κλόνος, ἃ γε τὰ πόντου
χεύματα κὴν χέρσῳ λοίγια κὴν πελάγει.

XCVIII. 5. εἴ γ᾽ ἀπό. Vulgo. εἰ ἀπό. Pal. Scripsi: εὖτ᾽ ἀπό. sic Theocrit. Eid. XII. 15. ἦ ῥα τότ᾽ ἦσαν χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες, ὅκ᾽ ἀντεφίλησ᾽ ὁ φιληθείς.

ratii ad. I. Od. III. 9. - v. 3. δόλιον ξύλον, cum contemtu, fere ut Propert. III. 5, 59. in naufragum: hunc parvo ferri vidit nox improba ligno. De navigante Liban. T. II. p. 65. μικρῷ μέρει τῶν τοίχων διεστηκὼς θανάτου. Juvenal. XII. 59. i nunc et ventis animam committe, dolato Confisus ligno. - οἷον κέρδος, quantam lucri cupiditatem, ἐλεγχ. θανάτῳ, morte compensatam. Tibull. II. 3, 39. praeda vago jussit geminare pericula ponto. - v. 5. χρύσεον γένος. aureae aetatis homines, qui nulla praeter sua littora norant (Ovid. Met. I. 96.), procul e terra pontum spectabant non minore horrore quam Orcum. Illa enim aetate αὔτως ἔζωον· χαλεπὴ δ᾽ ἀπέκειτο θαλάσση· Καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον. Arat. Phaen. 110.

99. Argumentum idem quod ep. 95. - ναυηγὸν κλῶνα. arborem, quae, nondum mari imbuta, cladem passa est, qualem in fluctibus naves. Sic Pal. IX. 31. in simili casu: ἐν χέρσῳ τὰς ἁλὸς οἶδα τύχας.

100. In navem, quae recens exstructa, fluctibus a littore abrepta et mersa est. - v. 3. οὐδ᾽ ἀνέμεινε. mare ne exspectavit quidem, donec navis deduceretur. - v. 4. Junge: καὶ ὁ (τῶν κυμάτων) κλόνος ἥρπασεν τὰν ἀεὶ δείλαιαν ὁλκάδα ἐκ τῶν ἠϊόνων. Quae sequuntur verba rationem reddunt verborum τὰν ἀεὶ δείλαιαν.

95. ΑΛΛΟ.

Τίπτε με τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον, ἠλεὲ τέκτον,
  τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσοπόρον;
οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας; ᾧ τοι Βορέης μ' ἐδίωξεν
  ἐν χθονί· πῶς ἀνέμους φεύξομαι ἐν πελάγει;

96. ΑΔΗΛΟΝ.

Οὔρεσιν ἐν δολιχοῖς βλωθρὴν πίτυν ὑέτιός με
  πρόῤῥιζον γαίης ἐξεκύλισε Νότος·
ἔνθεν ναῦς γενόμην, ἀνέμοις πάλιν ὄφρα μάχωμαι,
  ἄνθρωποι τόλμης οὔ ποτε φειδόμενοι.

97. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὁλκάδα πῦρ μ' ἔφλεξε, τόσην ἅλα μετρήσασαν,
  ἐν χθονί, τῇ πεύκας εἰς ἐμὲ κειραμένῃ,
ἣν πέλαγος διέσωσεν, ἐπ' ᾐόνος· ἀλλὰ θαλάσσης
  τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην.

98. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Τόλμα, νεῶν ἀρχηγέ· σὺ γὰρ δρόμον ηὗραο πόντου,
  καὶ ψυχὰς ἀνδρῶν κέρδεσιν ἠρέθισας·

95. Pinus ventorum vi prostrata reprehendit fabrum, quod malum omen nihil veritus, ipsam navi aedificandae adhibeat. – v. 1. *ἁλώσιμον*, ventis expugnabilis; qua significatione hoc vocabulum alibi reperiri non videtur. – *ἠλεέ*. *φρένας* in Od. β. 243.

96. Idem argumentum. – v. 1. *βλωθρήν* Apoll. Rh. IV. 1476. *καί οἱ ὑπὸ βλωθρὴν ἀχερωΐδα σῆμα τέτυκται.* docte de hoc arborum epitheto disputavit Eustath. Il. p. 912, 26. – v. 3. *ὄφρα μάχωμαι*, bene habet conjunctivus post *ἐγενόμην*, quum de re adhuc durante agatur. cf. supra ad ep. 81, 7. – v. 4. *οὔποτε φειδόμενοι*. nunquam parcentes audaciae i. e. ultra modum audaces. Sic apud Horat. I. Od. XXVIII. 23. ne parce malignus arenae est pro: larga manu arenam affunde.

97. Navis, post plurima itinera flammis in littore absumta, terram sibi minusquam mare fidam esse conqueritur. – v. 2. *κειραμένῃ*. quae, ut aedificarer, piceas sibi abscidi, piceis se privari passa est. Metaphora ducta a comis. Catullus in dedicatione phaseli IV. 9. Ponticum sinum, ubi iste, post phaselus, antea fuit Comata silva. Sic tonsa vallis, arboribus spoliata, est ap. Virgil. IV. Georg. 277. – v. 3. *ἐπ' ᾐόνος* jungendum cum verbis *ἐν χθονί*.

98. Audaciam hominum, navigationis caussam et inventricem, vituperat. Cf. interpp. Ho-

οἷον ἐτεκτήνω δόλιον ξύλον, οἷον ἐνῆκας
ἀνθρώποις θανάτῳ κέρδος ἐλεγχόμενον;
ἦν ὄντως μερόπων χρύσεον γένος, εὖτ' ἀπὸ χέρσου
τηλόθεν, ὡς Ἀΐδης, πόντος ἀπεβλέπετο.

99. ΖΗΛΩΤΟΥ. οἱ δὲ ΒΑΣΣΟΥ.

Ἐκλάσθην ἐπὶ γῆς ἀνέμῳ πίτυς· ἐς τί με πόντῳ
στέλλετε ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης;

100. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἀρτιπαγῆ ῥοθίαισιν ἐπὶ κροκάλαισί με νῆα,
καὶ μήπω χαροποῦ κύματος ἁψαμέναν,
οὐδ' ἀνέμεινε θάλασσα· τὸ δ' ἄγριον ἐπλήμμυρεν
χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠϊόνων
ὁλκάδα τὰν δείλαιαν ἀεὶ κλόνος, ἥ γε τὰ πόντου
χεύματα κὴν χέρσῳ λοίγια κὴν πελάγει.

XCVIII. 5. εἴ γ' ἀπό. Vulgo. εἰ ἀπό. Pal. Scripsi: εὖτ' ἀπό. sic Theocrit. Eid. XII. 15. ἦ ῥα τότ' ἦσαν χρύσειοι οἱ πάλαι ἄνδρες, δκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

ratii ad. I. Od. III. 9. – v. 3. δόλιον ξύλον, cum contemtu, fere ut Propert. III. 5, 59. in naufragum: hunc parvo ferri vidit nox improba ligno. De navigante Liban. T. II. p. 65. μικρῷ μέρει τῶν τοίχων διεστηκὼς θανάτου. Juvenal. XII. 59. i nunc et ventis animam committe, dolato Confisus ligno. – οἷον κέρδος, quantam lucri cupiditatem, ἐλεγχ. θανάτῳ, morte compensatam. Tibull. II. 3, 39. praeda vago jussit geminare pericula ponto. – v. 5. χρύσεον γένος. aureae aetatis homines, qui nulla praeter sua littora norant (Ovid. Met. I. 96.), procul e terra pontum spectabant non minore horrore quam Orcum. Illa enim aetate αὔτως ἔζωον· χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θαλάσση· Καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον. Arat. Phaen. 110.

99. Argumentum idem quod ep. 95. – ναυηγὸν κλῶνα. arborem, quae, nondum mari imbuta, cladem passa est, qualem in fluctibus naves. Sic Pal. IX. 31. in simili casu: ἐν χέρσῳ τὰς ἁλὸς οἶδα τύχας.

100. In navem, quae recens exstructa, fluctibus a littore abrepta et mersa est. – v. 3. οὐδ' ἀνέμεινε. mare ne exspectavit quidem, donec navis deduceretur. – v. 4. Junge: καὶ ὁ (τῶν κυμάτων) κλόνος ἥρπασεν τὰν ἀεὶ δείλαιαν ὁλκάδα ἐκ τῶν ἠϊόνων. Quae sequuntur verba rationem reddunt verborum τὰν ἀεὶ δείλαιαν.

101. ΚΥΛΛΗΝΙΟΥ.

Οὔπω ναῦς, καὶ ὄλωλα· τί δ' ἂν πλέον, εἰ βυθὸν ἔγνων,
ἔπλεον; φεῦ, πάσαις ὁλκάσι μοῖρα κλύδων.

102. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἄρτι με πηγνυμένην ἀκάτου τρόπιν ἔσπασε γείτων
πόντος, κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος.

103. ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ.

Ὁλκὰς ἀμετρήτου πελάγευς ἀνύσασα κέλευθον,
καὶ τοσάκις χαροποῖς κύμασι νηξαμένη,
ἣν ὁ μέλας οὔτ' Εὖρος ἐπόντισεν, οὔτ' ἐπὶ χέρσον
ἤλασε χειμερίων ἄγριον οἶδμα Νότων,
ἐν πυρὶ νῦν ναυηγὸς ἐγὼ χθονὶ μέμφομ' ἀπίστῳ,
νῦν ἁλὸς ἡμετέρης ὕδατα διζομένη.

104. ΑΔΗΛΟΝ.

Δένδρεον ἱερόν εἰμι· παρερχόμενός με φυλάσσεν
πημαίνειν ἀλγῶ, ξεῖνε, κολουομένη.
μέμνεο, παρθένιός μοι ἐπίφλοος· οὐχ ἅπερ ὠμαῖς
ἀχράσιν αἰγείρων τίς γένος οὐκ ἐδάη;

CIV. 3. μέμνεο. et ἐπιφλοος. Pal. Post primum distichon, quod gravissimam caussam continet, cur laedi non debeat, μέμνεο mihi nimis videbatur jejunum; quare μίμνει fuisse suspicabar, et ἔτι φλόος. Fortasse tamen nihil mutandum. Refertur haec enuntiatio ad proxime praecedentia: ἀλγῶ κολουομένη. Memineris enim, quod virginalis meus cortex, non durus, ut in aliis arboribus. Rostius noster corrigebat: ἔπι φλόος. probabiliter. — v. 4. αἰήρων. Pal. Apoll. Rh. IV. 603. κοῦραι Ἡλιάδες, ταναῇ-

101. In eodem, quo superius, argumento versatur. — v. 2. πάσαις. Propert. III. 7, 35. ventorum est, quodcunque paras: haud ulla carina Consenuit.

103. De navo, quae post plurima itinera feliciter peracta in littore flammis consumta est. cf. ep. 97, cujus idem est argumentum. — v. 3. ἣν ὁ μέλας οὔτ' Εὖρος. Catulli phaselus gloriatur se — tot per impotentia freta Herum tulisse: laeva sive dextera Vocaret aura. μέλας Εὖρος. niger Eurus. Horat. Epod. X. 5. — v. 5. ἐν πυρὶ ναυηγός. argute de navo, quae a flammis idem patitur, quod aliae a fluctibus.

104. Populus arbor ad viam posita praetereuntes monet, ut originis suae memores, ab injuriis sibi faciendis abstineant. Post Phaëthontis enim casum sorores ejus Heliades in populos mutatae, unde v. 3. παρθέ-

εἰ δὲ περιδρύψῃς με παρ' ἀτραπιτόν περ ἰοῦσαν,
δακρύσεις· μέλομαι καὶ ξύλον Ἡελίῳ.

105. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ξεῖνοι, παρθένος εἰμὶ τὸ δένδρεον· εἴπατε δάφνης
φείσασθαι δμώων χερσὶν ἑτοιμοτόμοις.
ἀντὶ δ' ἐμεῦ κομάρου τις ὁδοιπόρος ἢ τερεβίνθου
θρεπτέσθω, χθαμαλὴν ἐς χύσιν· οὐ γὰρ ἑκάς·
ἀλλ' ἀπ' ἐμεῦ ποταμὸς μὲν ὅσον τρία, τοῦ δ' ἀπὸ πηγῶν
ὕλη πανθηλὴς δοιὰ πέλεθρ' ἀπέχει.

106. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Φοῖβον ἀνηναμένη Δάφνη ποτέ, νῦν ἀνέτειλεν
Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον·
ἐκ δὲ θεοῦ θεὸν εὗρεν ἀμείνονα· Λητοΐδην γὰρ
ἐχθήρασα, θέλει Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην.
ῥίζαν δ' οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης,
Καίσαρι μὴ τίκτειν οὐδὲ λίθος δύναται.

σιν ἐληγμέναι αἰγείροισι. – v. 5. παρατραπίην. Pal.

νιός μοι ἐπίφλοος, cortex virgineus, et v. 6. μέλομαι Ἡελίῳ.

105. Laurus arbor haud procul a flumine posita viatores rogat, ne frondibus suis ad stratum abutantur, quum aliae sint plantae, quas ad eundem usum adhibeant. – v. 1. εἴπατε δμώων χερσί. pro εἴπατε δμωσίν. – ἑτοιμοτόμοις. manibus jam paratis ad tondendas frondes. Similiter ap. Nonn. Dion. II. 100. ὑλοτόμοι, τάδε δένδρα παρέλθετε, μὴ φυτὰ Δάφνης Τέμνετε δειλαίης τετμημένα. – v. 4. ἐς χύσιν, ες χαμεύναν. Theocrit. Eid. XIII. 33. πολλοὶ δὲ μίαν στορέσαντο χαμεύναν. Λειμὼν γάρ σφιν ἔκειτο, μέγα στιβάδεσσιν ὄνειαρ. Od. ε. 482. ἄφαρ δ' εὐνὴν ἐπαμήσατο χερσὶ φίλῃσιν Εὐρεῖαν· φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἤλιθα πολλή.

106. Historia de lauro in Caesaris ara enata. Tale quid de palma apud Tarraconenses commemoratur ap. Quintil. Inst. Or. VI. 3, 77. et de quatuor palmis in templo Virtutis exortis ap. Dion. Cass. XLVIII. 43. Cf. Jul. Caes. de Bello Civil. III. 105. – v. 2. δάφνης κλῶνα μελαμπέταλον. Meleagr. in Prooem. v. 14. – v. 4. Ζῆνα. Vid. supra ad ep. 56, 6. – v. 6. μὴ τίκτειν. ne saxa quidem defugiunt, quin in Caesaris gratiam pariant.

107. *ΖΩΝΑ.*

Ὦνερ, τῶν βαλάνων τὰν ματέρα φείδεο κόπτειν·
φείδεο, γηραλέαν δ' ἐκκεράϊζε πίτυν,
ἢ πεύκαν, ἢ τάνδε πολυστέλεχον παλίουρον,
ἢ πρίνους, ἢ τὰν αὐαλέαν κόμαρον.
τηλόθι δ' ἴσχε δρυὸς πέλεκυν· κοκύαι γὰρ ἔλεξαν
ἁμὶν ὡς πρότεραι ματέρες ἐντὶ δρύες.

108. *ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.*

Ἤμην ἀχρεῖον κάλαμος φυτόν· ἐκ γὰρ ἐμεῖο
οὐ σῦκ', οὐ μῆλον φύεται, οὐ σταφυλή.
ἀλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' Ἑλικωνίδα, λεπτὰ τορήσας
χείλεα, καὶ στεινὸν ῥοῦν ὀχετευσάμενος.
ἐκ δὲ τοῦ εὖτε πίοιμι μέλαν ποτόν, ἔνθεος οἷα,
πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λαλῶ στόματι.

CVII. 4. πρῖνον. Vulgo. Ne brevis syllaba esset in caesura, πρίνους scripsi. Saepius sic pluralis cum singulari jungitur. Vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 559. ubi proximi epigr. CVIII. v. 2 contra Br. μῆλα propter σῦκα corrigentem defenditur.

107. Monentur homines, ut a caedendis quercubus abstineant, caussa addita, quod humanum genus ex quercubus prodiisse existimetur. – v. 1. τῶν βαλάνων. etiam hoc commendat hanc arborem, quod prisci homines victum inde acceperunt. De variis glandium generibus victui inservientibus vid. I. H. Vossius ad Virgil. Georg. I. 8. p. 50. s. – v. 4. πρίνους et κόμαρον jungit Eupolis apud Macrob. Sat. VII. 5. ubi caprae dicuntur πρίνου κομάρου τε πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι. Πρῖνοι ferunt ἀκύλους, quas cum βαλάνοις jungit Od. κ. 242. Cf. Arat. Diosem. 315. – κόμαρος. arbutus, cujus fructus vescebantur homines. Virgil. Georg. I. 148. quum jam glandes atque arbuta sacrae deficerent silvae. De aureae aetatis hominibus Ovid. I. Met. 103. contentique cibis nullo cogente creatis, Arbuteos fetus montanaque fraga legebant. – v. 5. κοκύαι. οἱ πάπποι καὶ οἱ πρόγονοι. Ad rem facit Virgil. Aen. VIII. 315. haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant, Gensque virum truncis et duro robore nata. Cf. Juvenal. VI. 12.

108. De calamo, inutili prius, nunc ad scribendum adhibito. – v. 2. μ' ἐμύησ' Ἑλικωνίδα. me Musarum initiavit mysteriis. Orationis structura est, qualis supra ep. 75, 7. venter formicas ἀνέπεισεν ἐρέτας. ubi vid. – v. 4. ὀχετευσάμενος. tenuem semitam duxit, per quam atramentum tamquam per canalem deflueret. – v. 5. ἔνθεος. tamquam divino spiritu percita. – ἀφθέγκτῳ στόματι. Aenigma XIII. de epistola: ταῦτα δ' ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνόν. XIX. de speculo: ἂν δ' ἐθέλῃς, λαλέω φωνῆς δίχα. Similia vide supra ad cap. VIII. ep. 144, 14.

CAPUT XI.

ΠΟΙΚΙΛΑΙ ΙΣΤΟΡΙΑΙ.

---

1. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Κυλλήνην ὄρος Ἀρκάδων ἀκούεις·
αὕτη σῆμ' ἐπίκειτ' Ἀπολλοδώρῳ.
Πίσηθέν μιν ἰόντα νυκτὸς ὥρῃ
ἔκτεινεν Διόθεν πεσὼν κεραυνός.
τηλοῦ δ' Αἰγανέης τε καὶ Βεροίης
νικηθεὶς Διὸς ὁ δρομεὺς καθεύδει.

2. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐκ οἶδ' εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι, ἢ Διὸς ὄμβρον
μέμψομ'· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι.
ἀγρόθε γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς
τύμβος ἔχει γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων·
κεῖται δ' Αἰολίδος Σμύρνης ἑκάς· ἀλλά τις ὄρφνης
δειμαίνοι μεθύων ἀτραπὸν ὑετίην.

I. 5. *Αἰγανέης.* Pal. Pl. de hac urbe nihil aliunde constat. Quare *Αἰανέης* plures emendarunt. Urbs Macedoniae commemoratur *Αἰανή*. Num etiam *Αἰανέη*?

1. In Apollodorum stadiodromum, Macedonem, ut videtur, qui a ludis Olympicis reversus, noctu fulmine percussus ad Cyllenen Arcadiae sepultus est. – v. 1. *ἀκούεις.* praesens pro perfecto. Homer. Od. o. 403. *νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴ που ἀκούεις.* Philostrat. Vit. Soph. II. 8. *εἰ δή τινα Χαλκιδέα ἀκούεις.* – v. 2. *σῆμ' ἐπίκειτ'.* ad Cyllenes radices ille sepultus fuit, ita ut mons ipse pro sepulcrali hominis monimento haberi posset. – v. 5. *Αἰγανέης.* vid. var. lect. *Βεροία* aut *Βερόη* urbs Macedoniae. Est etiam alia in Syria. – v. 6. *νικηθεὶς Διός.* a Jove ipso victus. Verbum *νικᾶσθαι* cum genitivo victoris exemplis illustravit Abresch. ad Aeschyl. T. II. p. 209. Valcken. ad Hippol. p. 217. B. Versus sunt hendecasyllabi Phalaecii.

2. Historia de Polyxeno quodam Smyrnaeo, qui a coena per viam pluvia lubricam rediens, in praeceps delapsus periit. – v. 2. *ὀλισθηροί.* σφάλλει τοὺς πόδας καὶ ὁ οἶνος καὶ ὁ ὄμβρος. – v. 5. *ὄρφνης.* Pal. VII. 660. *χειμερίας μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴοις.*

3. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Σκύλλος, ὅτε Ξέρξου δολιχὸς στόλος Ἑλλάδα πᾶσαν
ἤλαυνεν, βυθίην εὕρετο ναυμαχίην,
Νηρῆος λαθρίοισιν ὑποπλεύσας τενάγεσσι,
καὶ τὸν ἀπ' ἀγκύρης ὅρμον ἔκειρε νεῶν.
αὔτανδρος δ' ἐπὶ γῆς ὤλισθανε Περσὶς ἄναυδος
ὀλλυμένη, πρώτη πεῖρα Θεμιστοκλέους.

4. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αἴλιος Αὐσονίης στρατίης πρόμος, ὁ χρυσέοισι
στέμμασι σωρεύσας αὐχένας ὁπλοφόρους,
νοῦσον ὅτ' εἰς ὑπάτην ὤλισθανε, τέρμα τ' ἄφυκτον,
εἶδεν ἀριστείην ἐμφανὲς εἰς ἰδίην.

IV. 4. Vulgo: τέρμα τ' ἄφυκτον εἶδεν, ἀρ. ἔφθανεν εἰς ἰδ. quod est ex correctione Reiskii. ἀρ. ἔδραμεν εἰς ἰδ. Toup. Nos distin-

3. De Scyllo, quem et Scyllin vocant et Scylliam, urinatore omnium suae aetatis praestantissimo, qui, quum Persarum classis circa Pelion stationem haberet, tempestate exorta, una cum filia in mare descendisse et ancoris solutis plurimas naves pessumdedisse narratur. Rem commemorat Pausan. X. 19. non item Herodot. VIII. 8., qui de hoc homine multa ψευδέσι εἴκελα narrari ait. Plinius XXXV. 39, 32. tabulae pictae mentionem facit, Scyllin ancoras Persicae classis praecidentem repraesentantis. – v. 2. ἤλαυνεν. vexabat, premebat. Euripid. Ion. 1619. ἐλαύνεται συμφοραῖς οἶκος. Aelian. H. A. XIV. 18. ἐλαύνεται τὴν ψυχὴν ἐρωτικῇ μανίᾳ. – v. 4. τὸν ὅρμον. Pausan. l. c. τάς τε ἀγκύρας καὶ εἰ δή τι ἄλλο ἔρυμα ταῖς τριήρεσιν ἦν, ὑφέλκοντες. – v. 5. αὔτανδρος. αὐτοῖς ἀνδράσι. Ap. Apoll. Rhod. III. 582. Aeetes minatur αὔτανδρον φλέξειν δόρυ νήιον. – ἐπὶ γῆς. navibus in terram actis. Περσίς. ut Simonid. Pal. VII. 296. μέγα δ' ἔστενεν Ἀσὶς ὑπ' αὐτῶν πληγεῖσα. ἄναυδος jungendum cum ὀλλυμένη: infandum in modum. Schol. ad Soph. Aj. 939. ἄναυδον ἔργον. ἄῤῥητον, τὸ μὴ δυνάμενον ῥηθῆναι – ἄῤῥητον καὶ ὑπερβολικῶς τὸ μέγα ἢ τὸ πολύ. – v. 6. πεῖρα Θεμιστοκλ. erant itaque, qui Scyllum transfugam a Themistocle ad illud facinus subornatum esse dicerent.

4. Aelius, vir fortissimus, insanabili morbo laborans, ne ab hoc diceretur victus esse, suis sibi manibus mortem intulit. – v. 1. χρυσ. στέμμασι. ornamentis, honoris causa acceptis. De torquibus cogitandum. In eadem historia Philippus Pal. VII. 234. ὁ φελιώσας Αὐχένα χρυσοδέτοις ἐκ πολέμου στεφάνοις. Sil. Ital. XV. 255. phaleris hic pectora fulget; Hic torque aurato circumdat bellica colla; Ille nitet celsus muralis honore coronae. Vid. Lips. de Milit. Rom. V. dial. XVII. Opp. T. III. p. 368. a. – v. 4. εἶδεν. ad virtu-

πῆξε δ᾽ ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἑὸν ξίφος, εἶπέ τε· θνήσκων
   αὐτὸς ἑκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχῃ.

5. ΛΕΩΝΙΔΑ ΑΛΕΞ.

Ὃν πόλεμος δεδιὼς οὐκ ὤλεσε, νῦν ὑπὸ νούσου
   θλίβομαι, ἐν δ᾽ ἰδίῳ τήκομ᾽ ὅλος πολέμῳ.
ἀλλὰ διὰ στέρνων ἴθι, φάσγανον· ὡς γὰρ ἀριστεὺς
   θνήξομ᾽, ἀπωσάμενος καὶ νόσον, ὡς πόλεμον.

6. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος
   ὦσεν, ὅτ᾽ εἰς ἄκρην ἦλθε τυραννοφόνος,
ἀλλὰ Δίκα μιν ἔθαψεν· ἀποσπασθεῖσα γὰρ ὄχθη
   πᾶν δέμας ἐς κορυφὴν ἐκ ποδὸς ἐκτέρισεν·
κεῖται δ᾽ οὐχ ὑδάτεσσι διάβροχος· αἰδομένα δὲ
   Γᾶ κεύθει τὸν ἐᾶς ὅρμον ἐλευθερίας.

ctione mutata Palatinarum membr. lectionem restituimus. ἐμφανές est pro ἀμφαδόν, manifesto.

tem suam recurrit et ab hac salutem petivit. Sic dicitur βλέπειν, ὁρᾶν εἴς τι, cupere, studiosum esse alicujus rei. Vid. Jensius in Lectt. Lucian. I. 10. p. 112. s. Taurea Jubellius ap. Liv. XXVI. 15. quum amicos et propinquos suos a Fulvio caesos videret, quandoquidem, ait, mihi ne mortis quidem copia eadem est, quae his civibus meis, petatur a virtute invisae hujus vitae vindicta: atque ita gladio, quem veste texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

5. Idem argumentum. – v. 1. δεδιώς. Frigide pro: οὐκ ἐτόλμησεν ὀλλύναι. – v. 2. ἐν ἰδίῳ πολέμῳ. Similiter Achill. Tat. IV. 7. ἐπὶ πόλεμον νῦν ἐξελεύσομαι βουκόλων· ἔνδον μοι τῆς ψυχῆς ἄλλος πόλεμος κάθηται. ὑπὸ νόσου πολιορκεῖσθαι dixit Isidor. Pelus. IV. 118. p. 478. B. – v. 3. ὡς ἀριστεύς. ὡς πρέπει θανεῖν τὸν ἐν πολέμῳ ἀριστεύσαντα.

6. De Clitonymo quodam, qui quum tyrannum nescio quem occisurus in arcem adscendisset, ab illius asseclis in fluvium praecipitatus est, ubi ripa ruens eum sponte sepelivit. Historia aliunde non cognita. – v. 1. ἰχθύσι, ut piscibus praeda fieret. Achill. Tat. III. 5. Clitophon cum Leucippe sua naufragium passus, Neptunum precatur: ἓν ἡμᾶς κῦμα καλυψάτω· εἰ δὲ καὶ θηρίων ἡμᾶς βορὰν πέπρωται γενέσθαι, εἷς ἡμᾶς ἰχθὺς ἀναλωσάτω, – ἵνα καὶ ἐν ἰχθύσι κοινῇ ταφῶμεν. – v. 3. Δίκα. Justitia eum insepultum jacere non est passa. – v. 6. τὸν ἐᾶς. virum, qui patriae libertatem tuebatur. – ὅρμον. sic

7. ΣΤΑΤΥΛΛΙΟΥ ΦΛΑΚΚΟΥ.

Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν· ὧν ὁ μὲν εὑρὼν
ῥῖψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

8. ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπεν βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

9. ΚΑΡΦΥΛΛΙΔΟΥ.

Ἰχθῦς ἀγκίστρῳ τις ἀπ' ᾐόνος εὔτριχι βάλλων
εἵλκυσε ναυαγοῦ κρᾶτα λιποτριχέα.
οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον, ἐξ ἀσιδήρου
χειρὸς ἐπισκάπτων λιτὸν ἔχωσε τάφον·
εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κτέαρ. ἦ ῥα δικαίοις
ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

10. ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Αὖλιν Ἀρισταγόρεω καὶ κτήματα μυρίος ἀρθείς,
Νεῖλε, μετ' εἰκαίης ἐξεφόρησας ὁδοῦ.

Ovid. I. Heroid. 110. tu citius venias portus et ara tuis. Plin. VIII. Ep. 12, 1. Titinius Capito — multorum portus, sinus.

7. 8. Historia de vicissitudine fortunae in duobus hominibus, quorum alter, auro forte invento, laqueum, quo se suspensurus erat, reliquit, alter, qui aurum amiserat, eodem laqueo sibi guttur elisit. Vertit Auson. Ep. XXII. — ἧψεν, αὐχένι sc. ut est ap. Apoll. Rhod. I. 1065. ἁψαμένη βρόχον αὐχένι.

9. Historia de piscatore, qui naufragi caput, quod ex undis extraxerat, sepeliens, thesaurum invenit. — v. 1. ἀγκίστρῳ εὔτριχι. epitheton interpretatur Pal. VI. 23. instrumenta piscatoris recensens: ἱππείης συνδεδεμένον ἄμματι χαίτης, Οὐκ ἄτερ ἀγκίστρων, λιμνοφυῆ δόνακα. — v. 3. ἀσώματον. nihil enim de toto cadavere supererat praeter caput. — ἐξ ἀσιδ. χειρός. manibus suis, sine instrumenti ope. Praepositionem sic usurpavit Apoll. Rh. III. 345. ἶσον δ' ἐξ ἀνέμοιο θέει. Sophocl. Electr. 455. ἐξ ὑπερτέρας χερός. — ἐπισκάπτων. pulverem aggerens. — v. 6. εὐσεβίης χάρις. pietatis demonstratae praemium.

10. De agricola quodam Aegyptio, quem Nili abundantia fundus casa et opibus labore partis privaverant. — v. 1. μυρίος, μεγάλως. Il. φ. 318. αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοισιν ἅλις, χεράδος περιχεύας Μυρίον. — v. 2. μετ' εἰκαίης ὁδοῦ. temere evagatus, εἰκῇ

αὐτὸς δ' οἰκείης ὁ γέρων ἐπενήξατο βώλου
  ναυηγός, πάσης ἐλπίδος ὀλλυμένης,
γείτονος ἡμίθραυστον ἐπ' αὔλιον, ὢ πολύς, εἶπας,
  μόχθος ἐμός, πολιῆς τ' ἔργα περισσὰ χερός,
ὕδωρ πάντ' ἐγένεσθε· τὸ δὲ γλυκὺ τοῦτο γεωργοῖς
  κῦμ' ἐπ' Ἀρισταγόρην ἔδραμε πικρότατον.

11. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Εἶχεν Ἀριστείδης ὁ βοκέῤῥιος οὐκ ἀπὸ πολλῶν
  πολλά, μιῆς δ' ὄϊος καὶ βοὸς εὐπορίην.
ἀλλὰ γὰρ οὐδ' ὁ πένης ἔφυγε φθόνον· ἤματι δ' αὐτῷ
  θῆρες ὄϊν, τὴν βοῦν δ' ὤλεσε δυστοκίη.
μισήσας δ' ἀβληχὲς ἐπαύλιον, ἅμματι πήρης
  ἐκ ταύτης βιοτὴν ἀχράδος ἐκρέμασεν.

12. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἠρίθμει πολὺν ὄλβον Ἀριστείδης ὁ πενιχρός,
  τὴν ὄϊν, ὡς ποίμνην, τὴν βόα δ', ὡς ἀγέλην·

XI. 1. ὁ *Βοκέῤῥιος*. hoc vocabulum, alibi non repertum, nec ex ulla analogia explicandum, merito suspicionem movit Brunckio. Si sincera est lectio, pro nomine proprio patris habendum, cujus commemoratio quid ad hanc historiam faciat, non apparet. Grotius vertit: pastor Aristides habuit non multa Becerrae. Fortasse nomen gentile latet.

πλανώμενος. – v. 3. *οἰκείης βώλου*. in parte agri sui undis abrepti. – *ναυηγός*. de translata hujus vocabuli significatione vid. supra cap. V. 105. – v. 5. *ἡμίθραυστον*. etiam a fluctibus laesum, nec tamen eversum. – v. 6. *πολιῆς χερός*. ut ap. Pindar. IV. Pyth. 98. *πολιᾶς γαστρός*. e senili utero. Vid. Boeckh. Expl. p. 272. Aeschyl. Suppl. 673. *πολιῷ νόμῳ*. vetusta lege. Pal. IX. 499. *πολιὸς χρόνος*. – v. 7. *ὕδωρ πάντ' ἐγένεσθε*. Pal. XI. 131. *ἐπὶ Δευκαλίωνος ὕδωρ ὅτε πάντ' ἐγενήθη*. – *γλυκὺ τοῦτο*. haec Nili aqua agricolis jucundissima, quia solum Aegypti fecundat.

11. Pastor, unius ovis uniusque vaccae possessor, quum illam lupus rapuisset, haec infelici partu periisset, loro perae se suspendit. – v. 2. *εὐπορίην εἶχεν*. in hac sua paupertate tamen nihil amplius requirebat. Genitivi non pendent, quod quis putet, ab *ἀπό*, sed ab *εὐπορίην*. Pal. XI. 365. *ἔσται καὶ σταχύων ἄφθονος εὐπορίη*. Ib. IX. 373. *ἀρουραίης ἄρπαγας εὐπορίης*.

12. Idem argumentum. – v. 2. *βόα*. notanda haec forma pro *βοῦν*, alibi fortasse non obvia nisi ap. Choerobosenm in Bekkeri Anecd. p. 1196.

ἤμβροτε δ᾽ ἀμφοτέρων· ἀμνὴν λύκος, ἔκτανε δ᾽ ὠδὶς
τὴν δάμαλιν, πενίης δ᾽ ὤλετο βουκόλιον·
κηροδέτῳ δ᾽ ὅγ᾽ ἱμάντι κατ᾽ αὐχένος ἅμμα πεδήσας,
οἰκτρὸς ἀμυκήτῳ κάτθανε πὰρ καλύβῃ.

13. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Αἱ τρισσαί ποτε παῖδες ἐν ἀλλήλαισιν ἔπαιζον
κλήρῳ, τίς προτέρη βήσεται εἰς Ἀΐδην·
καὶ τρὶς μὲν χειρῶν ἔβαλον κύβον, ἦλθε δὲ πασῶν
ἐς μίαν· ἡ δ᾽ ἐγέλα κλῆρον ὀφειλόμενον.
ἐκ τέγεος δ᾽ ἄρ᾽ ἄελπτον ἀπωλίσθησε πέσημα
δύσμορος· ἐς δ᾽ Ἀΐδην ἤλυθεν, ὡς ἔλαχεν.
ἀψευδὴς ὁ κλῆρος ὅτῳ κακόν· ἐς δὲ τὸ λῷον
οὔτ᾽ εὐχαὶ θνητοῖς εὔστοχοι, οὔτε χέρες.

14. ΑΛΛΟ.

Κρανίον ἐν τριόδοισι κατοιχομένου τις ἐσαθρῶν,
εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐκ ἐδάκρυσε βίου·

13. De tribus puellis, quae inter se ludentes sortes consultaverant de morte sua. Omnes sortes unam earum morti destinabant, omenque impletum est, illa subito casu de tecto in praeceps data. Diversa fuerunt sortilegii genera. Trahebantur sortes ex arca sive urna, ut ap. Tibull. I. 3, 11. ubi vid. interpretes; etiam, ut in nostro epigr., talis jactis consulebantur. Vid. Sueton. Vit. Tiber. c. 14. sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret. Hoc genere qui utebantur, aut qui consultantibus sortes talorum explicabant, ἀστραγαλομάντεις appellabantur. – v. 3. χειρῶν. e manibus; fere ut Pal. VII. 69. θυμὸν ἰάμβων δριμύν, πικρόχολον τικτόμενον στόματος. Sed vide an scribendum sit: κηρῶν ἔβαλον κύβον – nam de supremo fato sciscitantes sortes tollebant. – v. 5. ἄελπτον ἀπωλίσθησε πέσημα. Euripid. Phoen. 648. ᾧ τετρασκελὴς μόσχος ἀδάμαστον πέσημα Δίκε, τελεσφόρον διδοῦσα χρησμόν. – v. 7. ὅτῳ κακόν. veraces in adversis sortes; in secundis non item. εὔστοχοι preces, quae ad deos penetrant, et quod volunt assequuntur; cum χέρες conjunctum idem epitheton manus significat, quae felici jactu bene ominatas sortes tollunt.

14. Cranium quis forte in via inventum non, ut par erat, humavit, sed lapide petivit. Lapis repercussus illum oculo privavit. – v. 2. εἰκόνα βίου. sensum horum verborum illustrant hi Trimalchionis versus ad larvam argenteam decantati ap. Petron. c. 34. heu heu, nos miseros, quam totus homuncio nil est: Sic erimus cuncti, postquam nos au-

δεξιτερὴν δ' ἔῤῥιψεν ἐπὶ χθόνα, καὶ λίθον ἧκε,
κωφὸν μὲν δοκέοντ', ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἀφήλατο, καὶ τὸν ἀφέντα
πήρωσεν, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
καὶ πάλιν εἰς ἀΐδην ἐκολάζετο· τὴν ἰδίην δὲ
ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

15. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Οὐχ ὁσίοις λεχέεσσιν ἐτέρπετο λάθριος ἀνήρ,
λέκτρον ὑποκλέπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου·
ἐξαπίνης δὲ δόμων ὀροφὴ πέσε, τοὺς δὲ κακούργους
ἔσκεπεν, ἀλλήλοις εἰςέτι μισγομένους.
ξυνὴ δ' ἀμφοτέρους κατέχει παγίς· εἶν ἑνὶ δ' ἄμφω
κεῖνται, συζυγίης οὐκέτι παυόμενοι.

XIV. 3. δεξιτερήν. Pal. Plan. δεξιτερῇ corrigunt Scaliger et van Eldick, ut ille cranium dicatur sustulisse, tum iterum in terram abjecisse, saxoque petivisse. Verum ad hominis petulantiam postremum horum sufficiebat. – v. 4. δοκέων. Pal. δοκέοντ' Plan. – v. 7. vulgatam utcunque interpretari sum conatus, sed veritatem lectionis non praestiterim. Reisigius conjecit: εἰς ἄτην – quod satis lene. Possit etiam legi: καὶ πάλιν εἰς ἀλίτημ' ἐκολάζετο. ut ap. Aelian. H. A. V. 36. εἰς τὸ ἀγεννὲς σκωπτόμενος καὶ εἰς ἀργίαν εὐθυνόμενος. Plat. Lach. p. 183. A. τιμηθεὶς εἰς ταῦτα. ob haec.

feret Orcus. – v. 3. δεξιτερὴν δ' ἔῤῥιψεν. dextra saxum de terra sustulit. Euripid. Helen. 1101. ὠλένας πρὸς οὐρανὸν ῥιπτοῦντε. – v. 4. πνέοντα δίκης. ut γέμοντα. Pal. VII. 25. Χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' Ἐρώτων. Nonnus Dion. X. 313. Ganymedem ἔτι πνείοντα βοαύλων. – v. 7. εἰς ἀΐδην. si sincera est lectio, sic accipi debet, ut ille dicatur poenam pro facinore retulisse, cujus usque ad Orcum, et in ipso Orco memoriam habiturus erat. Ut autem ille, cujus cranium fuerat, ἐπλήχθη λίθῳ ἐν ἀΐδῃ, sic lapidis actor (ut est apud Auson. Ep. LXXII.) vicissim, πάλιν, puniebatur εἰς ἀΐδην. – v. 8. εὔστοχον ἀφροσύνην. doctius quam ἄφρονα εὐστοχίαν.

15. De moecho simul cum muliere, quam deperibat, subita cubiculi ruina oppresso. – v. 1. λεχέεσσιν. λέχος, ut γάμος, de concubitu. – v. 2. ὑποκλέπτων. Pal. V. 267. ἀμφαδίην δὲ Οὐ ζητῶ φιλίην, ἀλλ' ὑποκλεπτομένην. Ib. 221. φλογόεσσαν ὑποκλέπτοντες ὀπωπήν. – v. 5. παγίς. Agathias Pal. IX. 152. equum durateum appellat δουρατέαν παγίδα, quia equi ope Trojani oppressi, et civitas tamquam laqueo capta est. Idem IX. 482. καὶ τὴν ἐσσομένην οὐ νοέων παγίδα. – εἶν ἑνί. juncti. Theocrit. Eid. XX. 39. Diana Λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἕνα παιδὶ

16. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Πρὸς παίδων, εἶπεν, γουνάζομαι, ἤν με θανοῦσαν
στείλῃς, μὴ σπεῖσαι δεύτερα φίλτρα γάμου.
εἶπεν· ὁ δ᾽ εἰς ἑτέρην ἐσπούδασεν. ἀλλὰ Φίλιννα
Διογένην λήθης τίσατο καὶ φθιμένη.
νυκτὶ γὰρ ἐν πρώτῃ θάλαμον σχάσε μῆνις ἄφυκτος,
ὡς μὴ λέκτρον ἰδεῖν δεύτερον ἠέλιον.

17. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Λάρνακα πατρῴων ἔτι λείψανα κομίζουσαν
νεκρῶν χειμάῤῥῳ παῖς ἴδε συρομένην·
καί μιν ἄχος τόλμης ἐπλήσατο, χεῦμα δ᾽ ἀναιδὲς
εἰσέθορεν, πικρὴν δ᾽ ἦλθ᾽ ἐπὶ συμμαχίην.
ὀστέα μὲν γὰρ ἔσωσεν ἀφ᾽ ὕδατος, ἀντὶ δὲ τούτων
αὐτὸς ὑπὸ βλοσυροῦ χεύματος ἐφθάνετο.

κάθευδε. Il. β. 379. εἰ δέ ποτ᾽ ἔς γε μίαν βουλεύσομεν.

16. Philinna morti propinqua conjugem supplici prece rogabat, ne, ipsa defuncta, liberis novercam induceret. Ille autem, defunctae preces negligens, alteram duxit conjugem. Quo facto ipsa nuptiarum nocte cubiculum subita ruina et ipsum et recens nuptam oppressit. – v. 5. μῆνις ἄφυκτος. de ira defunctae, tamquam de daemone quodam aut Erinye loquitur, eique thalami ruinam tribuit. δεινὴ γάρ, ut Aeschylus ait in Choeph. 224. ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς – τοῦ προστροπαίου Μῆνις, εἰ προδῶ σφ᾽ ἑκών. Suppl. 173. Ὦ Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ Μῆνις μάστειρ᾽ ἐκ θεῶν. – σχάζειν solvere, rumpere, ut σχίζειν et χαλᾶν. Sic hunc locum accepit Stephanus in Thes. Gr. T. III. p. 1193. B. »aperuit thalamum, dissecta fornice, ita ut corrueret.« Aliter quam Grotius, qui verba μῆνις ἄφυκτος ad grave dissidium inter novos nuptos ortum referens, θάλαμον pro matrimonio accepit, una nocte et juncto et soluto. Quae interpretatio, et per se incommoda, mihi ob ultimum versum admitti posse non videtur. Ceterum similis casus narratur Pal. VII. 298. de recens nuptis: ὧν ὑμέναιον Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος.

17. De puero, qui cistam patris cognatorumque ossa continentem torrente abreptam videns, hanc quidem servavit, sed ipse fluctibus periit. – v. 3. χεῦμα δ᾽ ἀναιδές. improbus torrens, impetu omnia secum abripiens; ut λᾶας ἀναιδής ap. Homerum; ἀναιδέα κότμον. Pindar. Ol. XI. 110. ἀναιδέας εἰν ἁλὶ πέτρας Dionys. Perieg. 144. periculosas et invincibiles appellat. Apoll. Lex. Hom. ἀναιδής. ὁ βίαιος καὶ σκληρός. – v. 4. ἐπὶ συμμ., τοῖς λειψάνοις sc. – v. 6. ἐφθάνετο. hoc verbum hoc quoque loco peculiarem suam occupandi significationem habere videtur: torrens pium illum puerum prius submersit, quam se una cum cista servare posset.

18. ΛΑΚΩΝΟΣ. οἱ δὲ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛ.

Ἡ γρηῢς ἡ χερνῆτις, ἡ γυιὴ πόδας,
πύστιν κατ' ἐσθλὴν ὕδατος παιωνίου
ἦλθέν ποθ', ἑρπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ,
τό μιν διεσκήριπτε, τὴν τετρωμένην.
οἶκτος δὲ Νύμφας εἷλεν, αἳ γ' ἐριβρόμου
Αἴτνης παρωρείησι Συμαίθου πατρὸς
ἔχουσι δινήεντος ὑγρὸν οἰκίον.
καὶ τῆς μὲν ἀμφίχωλον ἀρτεμὲς σκέλος
θερμὴ διεστήριξεν Αἰτναίη λιβάς.
Νύμφαις δ' ἔλειπε βάκτρον· αἱ δ' ἐπῄνεσαν
πέμπειν μιν ἀστήρικτον ἡσθεῖσαι δόσει.

19. ΚΩΜΗΤΑ.

Νωθρὸς ἐγὼ τελέθεσκον ἀπ' ἰξύος ἐς πόδας ἄκρους,
τῆς πρὶν ἐνεργείης δηρὸν ἀτεμβόμενος,

XVIII. 1. γυρή. Pal. Suid. tali morbo thermae non medentur. Quare γυιή scripsi. Hesych.: γυιός, χωλός, νοσώδης, πηρώδης. Parcae γυιαί ap. Lycophr. 144. Herodes ap. Stob. CXVI. 18. ἐγὼ δ' ἀδρανέω γυιὸς ὤν. – v. 5. αἶτ' ἐρινόμου. Pal. recepi probabilem Hemsterhusii correctionem, αἵγ' praeterea scribens. – v. 6. εὐμέθου. Suid. v. Wesseling. Probab. c. 29. fin. – v. 8. ἀρτεμές. ἀδρανές tentant et ἀσθενές. Frustra.

18. De vetula, pedibus paralytico laborante morbo, a quo calidarum aquarum ope liberata est. Destinatum videri potest hoc epigramma tabulae ob gratam beneficii recordationem ad thermas illas ponendae. – v. 2. παιωνίου, θεραπευτικοῦ, ἰατρικοῦ. – v. 4. τὴν τετρωμένην. pedum morbo debilitatam. Od. φ. 295. οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅςτε καὶ ἄλλους βλάπτει. ut τρῶμα pro detrimento, clade saepius est apud Herodotum. – v. 6. Σύμαιθος. fluvius in agro Catinensi. Cluver. Sicil. Antiqu. I. p. 124, 48. – v. 8. ἀρτεμές cohaeret cum διεστήριξεν, quod gravius est quam ἔθηκεν. Sic Pal. V. 241. παλίνορσον ἰωὴν Ἄψ ἀνασειράζω. et eadem prolepsi in Append. Epigr. T. II. p. 791, 100. de fonte: ἔνθα Μελάμπους Ῥυσάμενος λύσσης Προιτίδας ἀρτεμέας. Vid. Lobeck. ad Soph. Aj. 515. p. 299. – v. 10. ἐπῄνεσαν. munere gratae vetulae gaudentes Nymphae hanc ei contribuerunt mercedem, ut sine baculi ope domum redire posset.

19. Hoc quoque epigramma comitabatur tabulam votivam, in qua Antoninus quidam, paralytico morbo graviter afflictus, Philippi medici imaginem pingendam

μήτηρ ἐξόπιθεν μαζῷ μετέτρεψε νόημα·
δὶς δὲ τέκνῳ ζωὴν ἐγκεχάριστο γάλα.

25. ΘΕΑΙΤΗΤΟΥ.

Χείματος οἰνωθέντα τὸν Ἀνταγόρεω μέγαν οἶκον
ἐκ νυκτῶν ἔλαθεν πῦρ ὑπονειμάμενον·
ὀγδώκοντα δ' ἀριθμὸν ἐλεύθεροι ἄμμιγα δούλοις
τῆς ἐχθρῆς ταύτης πυρκαϊῆς ἔτυχον.
οὐκ εἶχον διελεῖν προςκηδέες ὀστέα χωρίς·
ξυνὴ δ' ἦν κάλπις, ξυνὰ δὲ τὰ κτέρεα·
εἷς καὶ τύμβος ἀνέστη. ἀτὰρ τὸν ἕκαστον ἐκείνων
οἶδε καὶ ἐν τέφρῃ ῥηϊδίως Ἀΐδης.

26. ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Λῶπος ἀποπλύζουσα παρὰ κροκάλαισι θαλάσσης
χερνῆτις, διεροῦ τυτθὸν ὕπερθε πάγου,
χέρσον ἐπεκβαίνοντι κατασπασθεῖσα κλύδωνι,
δειλαίη πικροῦ κῦμ' ἔπιεν θανάτου·

μέτωπα. domus quodammodo frons pars ejus superior, cui tectum incumbit. Sic fere πρόςωπον τηλαυγές domo a se exstruendae tribuit Pindar. Ol. VI. 3. – v. 2. μοῖρα. mortis timor ab infantibus alienus.

25. De domo Antagorae nocte flammis consumta, in quo incendio omnis ejus familia periit. – v. 1. οἰνωθέντα. fortasse post festum diem male sobrii somnoque sepulti jacebant, unde intelligitur, quomodo factum sit, ut omnes flammis consumerentur. Quare cave οἰωθέντα scribas cum Scaligero. – v. 2. ἐκ νυκτῶν. noctu. sic post Homerum Od. μ. 286. plurimi. Vid. not. ad Pal. p. 332. – v. 4. πυρκαϊῆς. rogi instar illis fuit domus incensa. – v. 6. ξυνὴ κάλπις. quod mentione tanto magis videbatur dignum, quod sic servi cum dominis conjungebantur. In cujus rei solatium in fine additur, Orcum unumquemque eorum, quamvis in cinerem mutatum et cum aliis confusum, facile dignoscere.

26. In pauperem quandam mulierem, quae vestem in mari lavans, fluctibus in littus evagantibus abrepta est. – v. 1. παρὰ κροκάλαισι. in margine, quae lapillis, κροκάλαις, tecta esse solet. – v. 4. κῦμ' ἔπιεν θανάτου. in his propria vocis κῦμα significatio cum translata quodammodo commixta et confusa. –

πνεῦμα δ' ὁμοῦ πενίῃ ἀπελύσατο. τίς κ' ἐνὶ νηΐ
θαρσήσαι πεζοῖς τὴν ἀφύλακτον ἅλα;

27. ΕΥΗΝΟΥ.

Ἅ ποτε παρθενικαῖσιν ἱλασκομένα παλάμῃσιν
Κύπριδα, σὺν πεύκαις, καὶ γάμον εὐξαμένα,
κουριδίους ἤδη θαλάμῳ λύσασα χιτῶνας,
ἀνδρὸς ἄφαρ μηρῶν ἐξελόχευσα τύπους.
νυμφίος ἐκ νύμφης δὲ κικλήσκομαι, ἐκ δ' Ἀφροδίτης 5
Ἄρεα, καὶ βωμοὺς ἔστεφον Ἡρακλέους.
Θῆβαι Τειρεσίην ἔλεγόν ποτε, νῦν δ' ἐμὲ Χαλκὶς
τὴν πάρος ἐν μίτραις ἠσπάσατ' ἐν χλαμύδι.

XXVII. 5. Ἀφροδίτης. abest a Pal. – v. 7. χαλκος. Pal. Probabilis emendatio La Crozii, quam Br. admisit.

v. 5. ἀπελύσατο. se simul vita, simul paupertate liberatam vidit. πνεῦμα pendet ab ἀπελύσατο, ad quod verbum ἡ χερνῆτις suppleri debet. Tum junge: τίς θαρσήσαι ἂν ἅλα ἐν νηΐ, τὴν καὶ πεζοῖς ἀφύλακτον οὖσαν. Notandum πεζοὺς opponi navigantibus. Pal. XII. 53. οὐ ναύταν, ποσσὶ δὲ πεζοπόρον.

27. Historia de virgine, quae jam viro matura, virilitatem sibi subito provenire videns, in marem mutata muliebrem vestitum deposuit. Hujusmodi miracula narrat Plin. VII. 4, 3. cf. Gellius IX. 4. – v. 2. σὺν πεύκαις. in nuptiarum pompa faces praelatas esse constat, ut itaque haec verba ad γάμον trahi possint, γάμον σὺν πεύκαις. Sed huic explicationi nec verborum favet positio, et καί quodammodo adversatur. Quare alius quidam ritus spectari videtur, qui taedarum usum requisiverit. – γάμον εὐξαμένα. quae nuptias mihi expetiveram. Voti eam damnatam fuisse proxima docent. – v. 4. ἀνδρὸς τύπους. Orpheus Fragm. XVI. p. 475. πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξέ τε πάντα Σώματος οὔτι πρέποντα τύπον. – v. 5. ἐκ δ' Ἀφρ. i. e. μετὰ Ἀφροδίτην. – v. 7. Τειρεσίην. ut Od. λ. 32 et 138. Thebae olim Tiresiam tale quid passum esse narrabant (Vid. Anton. Liber. Met. c. XVII. Lucian. Dial. Mort. XXVIII); nunc me Χαλκίς, urbs Euboeae, virum pro puella salutat. Res illa igitur, si vera est lectio, in hac insula locum habuit; et Chalcis Thebis opponitur. – v. 8. ἐν μίτραις. mitra muliebrem vestitum significat. Ariadne ap. Catull. LXIV. 62. non flavo retinens subtilem vertice mitram. Vid. Graev. Lectt. Hesiod. c. XXIII. χλαμύς epheborum gestamen.

28. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Μάτηρ Μαρκιανοῦ, θυγάτηρ Δημητρίου εἰμί,
τοὔνομα σιγάσθω τοῦτ᾽ ἀποκληζομένη,
εὖτέ με Κεκροπίδαι Δηοῖ θέσαν ἱεροφάντιν,
αὐτὴ ἀμαιμακέτοις ἐγκατέκρυψα βυθοῖς·
οὐκ ἐμύησα δ᾽ ἐγὼ Λακεδαιμονίης τέκνα Λήδης,
οὐδὲ τὸν εὑράμενον παισὶ νόσους ἀκέσεις·
οὐδὲ τὸν Εὐρυσθῆι δυώδεκα πάντας ἀέθλους
ἐξανύσαντα μόγῳ καρτερὸν Ἡρακλέα·
τὸν χθονὸς εὐρυχόρου δὲ καὶ ἀτρυγέτης μεδέοντα,
τὸν καὶ ἀπειρεσίων κοίρανον ἡμερίων,
ἄσπετον ὃς πάσαις πλοῦτον κατέχευε πόλεσσιν,
Ἀδριανόν, κλεινῇ δ᾽ ἔξοχα Κεκροπίῃ.

XXVIII. 12. Vulgo κλεινῆς Κεκροπίης.

28. Celebratur Hadriani Augusti in mysteria Eleusinia initiatio, quae locum habuit A. U. 875. Dio Cass. LXIX. 11. Peracta fuerat ea per mulierem sacerdotem, Demetrii filiam; nam mulieres quoque hoc munere functas et ἱεροφάντιδας creatas fuisse constat. Vide praeter alios Adrianum de sacerdotibus feminis apud Graecos p. 59. ss. Plurimum huc facit locus Photii in Lex. p. 648. Φιλλεῖδαι. γένος ἐστὶν Ἀθήνησιν· ἐκ δὲ τούτων ἡ ἱέρεια τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἡ μυοῦσα τοὺς μύστας ἐν Ἐλευσῖνι. – v. 2. τοὔνομα σιγάσθω. omnes Cereris sacerdotes primi ordinis nomen, quo vocabantur, deponebant; de qua consuetudine dixit Valesius in Emendatt. III. 15. et nuper doctissimi Eunapii editores Boissonadus et Wyttenbachius ad Vit. Maximi p. 52. – v. 2. τοῦτ᾽ ἀποκληζομένη. hoc quo appellabar nomine. ἀποκλήζεσθαι ut ἀποκαλεῖσθαι. Nam quod olim probavi, ἀποκληΐζω ab ἀποκλείω derivans, nunc minus placet. Cohaeret autem τοῦτο cum ἐγκατέκρυψα βυθοῖς i. e. oblivioni tradidi; ut ap. Horat. I. Od. 26, 1. tristitiam et metus Tradam protervis in mare Creticum portare ventis. ἀμαιμακέτου ἅλμης est ap. Musae. 327. – v. 5 – 8. Dioscuros et Herculem mysteriis initiatos fuisse testatur Aristides Panath. T. I. p. 109. et 191. Cf. eund. in Eleusin. p. 257. De Aesculapio an idem alii tradiderint, ignoro equidem. – v. 9. ἀτρυγέτης pro θαλάσσης, quae ἀτρύγετος vocari solet apud Homerum. Circumscribitur his verbis, quae etiam Jovi convenirent, Hadrianus, quem Eleusinia sacra exemplo Herculis Philippique suscepisse ait Spartian. in Vit. c. 13. – v. 11. Quantis beneficiis Hadrianus Graecorum urbes, imprimisque Athenas affecerit, templa vetustate collapsa restituens, nova exstruens, exstructa donis magnificis ornans, et alii tradiderunt, et Pausan. I. 5, 5. Cf. etiam Dion. Cass. l. c. 5. p. 1154, 50. ubi consulendus Fabricius.

29. ΑΝΥΤΗΣ ΜΙΤΥΛ.

Ὠιχόμεθ', ὦ Μίλητε, φίλη πατρί, τῶν ἀθεμίστων
τὰν ἀνόμων Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι,
παρθενικαὶ τρισσαὶ πολιήτιδες, ἃς ὁ βιατὰς
Κελτῶν εἰς ταύτην μοῖραν ἔτρεψεν Ἄρης.
οὐ γὰρ ἐμείναμεν ἅμμα τὸ δυςσεβές, οὐδ' Ὑμέναιον,
νυμφίον ἀλλ' Ἀΐδην κηδεμόν' εὑρόμεθα.

30. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣ.

Οὐ νούσῳ Ῥοδόπα τε καὶ ἁ γενέτειρα Βοίσκα,
οὐδ' ὑπὸ δυςμενέων δούρατι κεκλίμεθα·
ἀλλ' αὐταί, πάτρας ὁπότ' ἔφλεγεν ἄστυ Κορίνθου
γοργὸς Ἄρης, ἀΐδαν ἄλκιμον εἱλόμεθα.
ἔκτανε γὰρ μάτηρ με διασφακτῆρι σιδάρῳ,
οὐδ' ἰδίου φειδὼ δύςμορος ἔσχε βίου,
ἆψε δ' ἐναυχενίῳ δειρὰν βρόχῳ· ἦς γὰρ ἀμείνων
δουλοσύνας ἁμῖν πότμος ἐλευθέριος.

XXIX. 1. Elegantius pro meo quidem sensu fuerit: *τὰν ἀθέμιστον Τῶν ἀνόμων Γαλατᾶν ὕβριν.* — v. 3. *βίατος.* Pal. quod in *βιατάς* mutavi; alii in *βιαστός.* — v. 5. *αἷμα.* Pal. *ἅμμα δυςσεβὲς* est complexus; concubitus violenti victoris.

XXX. 7. *ἐν αὐχένιον δειρὰν βρόχῳ.* Pal. *ἐναυχένιον δειρᾷ βρόχον.* Plan.

29. De puellis Milesiis, quae, patria a Gallis expugnata, ut victorum violentiam effugerent, manum sibi ipsae intulerunt. Tres fuerunt, Anyte teste; septem, secundum Hieronymum adv. Jovian. p. 186. quis valeat silentio praeterire septem Milesias virgines, quae, Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt. — v. 6. Orco nobis pro sponso sumto, hunc tutorem et defensorem invenimus. Sic Antigone ap. Sophocl. 818. *Ἀχέροντι νυμφεύσω.* Pal. VII. 182. *οὐ γάμον, ἀλλ' Ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστα Δέξατο.*

30. Similis historia de duabus mulieribus, matre et filia, quae in Corinthi expugnatione, ut servitutem effugerent, mortem sibi ipsae consciverunt. — v. 2. *κεκλίμεθα.* Cf. supra c. VIII. 75. — v. 4. *ἀΐδαν ἄλκιμον.* mortem quae fortes decet. — v. 7. *ἆψε.* sic tragici. Euripid. Helen. 135. *βρόχῳ γ' ἅψασθαι εὐγενῆ δέρην.* Alcest. 229. *βρόχῳ δέρην πελάσαι.*

31. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Ἑλλανὶς τριμάκαιρα, καὶ ἁ χαρίεσσα Λάμαξις
ἤστην μὲν πάτρας φέγγεα Λεσβιάδος·
ὅκκα δ' Ἀθηναίῃσι σὺν ὁλκάσιν ἐνθάδε κέλσας
τὰν Μιτυληναίαν γᾶν ἀλάπαξε Πάχης,
τᾶν κουρᾶν ἀδίκως ἠράσσατο, τὼς δὲ συνεύνως
ἔκτανεν, ὡς τήνας τῇδε βιησόμενος.
ταὶ δὲ κατ' Αἰγαίοιο ῥόου πλατὺ λαῖτμα φερέσθην,
καὶ ποτὶ τὰν κραναὰν Μοψοπίαν δραμέτην·
δάμῳ δ' ἀγγελέτην ἀλιτήμονος ἔργα Πάχητος,
μέσφα μιν εἰς ὀλοὴν κῆρα συνηλασάτην.
τοῖα μέν, ὦ κούρα, πεπονήκατον· ἂψ δ' ἐπὶ πάτραν
ἥκετον, ἐν δ' αὐτᾷ κεῖσθον ἀποφθιμένα·
εὖ δὲ πόνων ἀπόνασθον, ἐπεὶ ποτὶ σᾶμα συνεύνων
εὕδετον, ἐς κλεινᾶς μνᾶμα σαοφροσύνας·
ὑμνεῦσιν δ' ἔτι πάντες ὁμόφρονας ἡρωΐνας,
πάτρας καὶ ποσίων πήματα τισαμένας.

32. ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Ἡ πρὶν Ἀθηναίης ὑπὸ κερκίσι, καὶ τὰ καθ' ἱστῶν
νήματα Νικαρέτη πολλὰ μιτωσαμένη,

XXXI. 6. ἔκτανε τήνας τῇδε β. Pal. quod emendavimus, vocula, quae exciderat, restituta. Male Br. ἔκτανε, καὶ τήνας εἶλε βιησόμενος.

31. De duabus mulieribus Mitylenaeis, quae, patria a Pachete Atheniensi graviter vexata, quum ipsae, maritis interfectis, ab illo ad amorem sollicitarentur, itinere Athenas suscepto Pachetis supplicium a populo Atheniensi impetrarunt. Ficta esse videtur historia, et ex Milesiarum fortasse fabularum scriptoribus petita. Expeditio Atheniensium in Lesbum locum habuit Ol. LXXXVIII. 2. anno quinto belli Peloponnesiaci. – v. 2. πάτρας φέγγεα. praestantissima patriae lumina. Pal. VII. 373. δισσὰ φάη, Μίλητε, – Ἰταλὶς ἀμφεκάλυψε κόνις. – v. 5. κουρᾶν. hoc loco de nuptis. – v. 6. ὡς βιησόμενος. sperans fore, ut illis sic (τῇδε, οὕτως) potiretur. – v. 8. κραναὰν Μοψοπίαν. montosa Atticae regio, solumque, quod multi tradunt, λεπτὸν καὶ ἀραιόν. – v. 10. ὀλοὴν κῆρα. effecerunt, ut a populo damnatus supplicium subiret. – v. 15. ὁμόφρονας ἡρ. mulieres, quae concordi animo rem tam difficilem strenue peregerunt, heroinarum loco cives habent et laudibus celebrant.

32. Puella, quae aliquamdiu vitam texendo toleraverat, taedio laboris capta, ad Veneris castra transiit, instrumentisque suis in deae vestibulo concrematis, quaestus de corpore faciendi decimam vovet. – v. 1. ὑπὸ κερκίσι.

Κύπριδι τὸν κάλαθόν τε, τὰ πηνία, καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς
    ἄρμεν' ἐπὶ προδόμου πάντα πυρῆς ἔθετο,
Ἔῤῥετε, φωνήσασα, κακῶν λιμηρὰ γυναικῶν
    ἔργα, νέον τήκειν ἄνθος ἐπισταμένα.
εἵλετο δὲ στεφάνους καὶ πηκτίδα, καὶ μετὰ κώμων
    ἡ παῖς τερπνὸν ἔχειν ἐν θαλίαις βίοτον.
εἶπε δέ· παντός σοι δεκάτην ἀπὸ λήμματος οἴσω,
    Κύπρι, σὺ δ' ἐργασίην καὶ λάβε καὶ μετάδος.

33. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Δώματά μοι σεισθέντα κατήριπεν· ἀλλ' ἐμὸς ἀπτὼς
    ἦν θάλαμος, τοίχων ὀρθὰ τιναξαμένων,
οἷς ὑποφωλεύουσαν ὑπήλυθον αἱ κακόμοιροι
    ὠδῖνες· σεισμοῦ δ' ἄλλον ἔμιξα φόβον.
μαῖα δέ μοι λοχίων αὐτὴ φύσις· ἀμφότεροι δὲ
    κοινὸν ὑπὲρ γαίης εἴδομεν ἠέλιον.

idem fere quod ἐν κερκίσι. Platon. Conv. p. 205. B. αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς τέχναις ἐργασίαι ποιήσεις εἰσί. Vid. Heindorf. ad Platon. T. I. p. 161. – v. 4. ἐπὶ πυρῆς. in igne, quem ipsa in templi vestibulo incenderat. Aram interpretatur Brunckius, quam significationem non habet πυρά. – v. 5. κακῶν, δυστήνων. – λιμηρὰ ἔργα. Pal. VI. 47. in eadem historia κερκίς appellatur λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης. Sunt instrumenta opificii male et misere alentis. – v. 6. ἄνθος τήκειν. Theocr. II. Eid. 83. τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο. – v. 7. εἵλετο. artem musicam, ut mos erat, cum vita meretricia conjungebat, convivia et comissationes tibiae citharaeve cantu (πηκτίς enim utrumque) exhilarans. ἔχειν pendet ab εἵλετο, quod variandae orationis caussa post accusativos nominum infinitivum sibi adjunxit. – v. 10. ἐργασίην. negotii adhuc facti instrumenta accipe, et hoc, cui nunc studeo, tuere. ἔργα, ἐργασία et ἐργάζεσθαι de meretricio quaestu non uno loco reperiuntur.

33. Historia de gravida muliere, quae, cubiculo terrae motu graviter concusso, ita tamen ut ruinam non pateretur, inter illos terrores peperit, et simul cum infante servata est. – v. 2. τοίχων ὀρθὰ τιναξαμένων. dum parietes illum terrae tremorem et concussionem ita in se recipiebant, ut recti starent neque conciderent. Sic aoristus medii, qui rarissime passivam vim admittit, explicari posse videtur; quod si nolis, τιναξαμένων accipi debet pro τιναχθέντων. Vid. Meineke ad Euphorion. p. 116. Rost. Gr. gr. §. 114. p. 436. Br. τιναssομένων edidit. – v. 3. ὑποφωλεύουσαν. tamquam in φωλεῷ latentem. – κακόμοιροι, αἱ δύστηνοι. vocabulum infrequens. Ap. Soph. Oed. Tyr. 247. ἄμοιρον βίον Schol. κακόμοιρον interpretatur. – v. 5. ἀμφότεροι. et mulier et infans. Casum huic simillimum, qui locum habuit

34. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Χειμερίου νιφετοῖο περὶ θριγκοῖσι τακέντος
δῶμα πεσὸν τὴν γραῦν ἔκτανε Λυσιδίκην·
σῆμα δέ οἱ κωμῆται ὁμώλακες οὐκ ἀπ' ὀρυκτῆς
γαίης, ἀλλ' αὐτὸν πύργον ἔθεντο τάφον.

35. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἤδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφᾳ
Κλειναρέτα χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων,
καδεμόνες δ' ἤλποντο διωλένιον φλόγα πεύκας
ἅψειν ἀμφοτέραις ἀνσχόμενοι παλάμαις,
Δημὼ καὶ Νίκιππος· ἀφαρπάξασα δὲ νοῦσος
παρθενικὰν Λάθας ἄγαγεν ἐς πέλαγος.
ἀλγειναὶ δ' ἐκάμοντο συνάλικες, οὐχὶ θυρέτρων,
ἀλλὰ τὸν Ἀΐδεω στερνοτυπῆ πάταγον.

XXXV. 8. θάλαμον. Pal. quod emendaverunt Salm. et Musgr.

Antiochiae, narravit Dio Cass. LXVIII. c. 25.

34. De vetula, quae domus ruina oppressa eandem pro sepulcro habuit. – v. 3. κωμῆται ὁμώλακες. vicini ibi habitantes. – v. 4. αὐτὸν πύργον. domum ipsam, seu potius saxorum acervum ibi congestum.

35. De puella Clinareta, in ipso nuptiarum apparatu morbo absumta. – v. 1. Πιτανάτιδι. ex Pitana, urbe Aeolidis. – πίτνατο. torus sternebatur in aurato thalamo. κροκόεις. Pal. X. 21. τὸν ἡμίσπαστον ἀπὸ κροκέων ἐμὲ παστῶν. Magni aestimabatur unguentum crocinum. Propert. III. 10, 21. noxque inter pocula currat, Et crocino nares murrheus ungat onyx. – v. 3. διωλένιον. epitheton ad facem translatum ab iis, qui faces gestant; nam διωλένιος est ὁ τὰς χεῖρας ἐκτεταμένας ἔχων. Schol. Arati Phaen. v. 202. – ἀνσχόμενοι. Eurip. Ion. 716. Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας. Id. Cretens. fr. II. ματρὶ ὀργίᾳ δᾷδας ἀνασχών. – v. 7. θυρέτρων πάταγον. strepitus saltantium et plaudentium in limine thalami, quae κτυπία vocatur. Hesych. κτυπία. ὁ ἐπιθαλάμιος κτύπος. κτυπίων. τῶν ἐπικρουμάτων τοῦ θαλάμου, ἃ ἐπικτυποῦσιν ἔξωθεν, ὅταν συγκατακλίνηται τῷ νυμφίῳ ἡ γημαμένη. – v. 8. στερνοτυπῆ. planctum. τῆς δὲ μητρὸς στερνοτυπουμένης est in Fabul. Aesop. CLIX. ed. Fur. Bion. Eid. I. 4. ἔγρεο δειλαία κυανόστολε, καὶ πλατάγησον Στάθεα. Dictum autem ἐκάμοντο πάταγον significatione praegnante, ut Apoll. Rh. I. 1322. Πολύφημον πέπρωται Μυσοῖσι περικλεὲς ἄστυ καμόντα Μοῖραν ἀναπλήσειν.

36. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Ἥρπασέ τις νύμφην, καὶ τὸν γάμον ἥρπασε δαίμων,
    ψυχῶν συλήσας τερπομένην ἀγέλην.
εἷς γάμος εἰκοσίπεντε τάφους ἔπλησε θανόντων,
    πάνδημος δὲ νεκρῶν εἷς γέγονεν θάλαμος.
νύμφη Πενθεσίλεια πολύστονε, νυμφίε Πενθεῦ,
    ἀμφοτέρων ὁ γάμος πλούσιος ἐν θανάτοις

37. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Δυσμοίρων θαλάμων ἐπὶ παστάσιν οὐχ Ὑμέναιος,
    ἀλλ' Ἀΐδης ἔστη πικρογάμου Πετάλης.
δείματι γὰρ μούνην πρωτόζυγα Κύπριν ἀν' ὄρφνην
    φεύγουσαν, ξυνὸν παρθενικαῖσι φόβον,
φρουρόδομοι νηλεῖς κύνες ἔκτανον· ἣν δὲ γυναῖκα
    ἐλπὶς ἰδεῖν, ἄφνως ἔσχομεν οὐδὲ νέκυν.

38. ΑΓΑΘΙΟΥ.

Ἀβάλε μηδ' ἐγένοντο γάμοι, μὴ νύμφια λέκτρα,
    οὐ γὰρ ἂν ὠδίνων ἐξεφάνη πρόφασις.

XXXVII, 6. *αἴφνης*. Plan. *ἄφνω*, Pal. quod una littera adjecta mutavimus. Apoll. Rh. IV. 580. *ἄφνεως ἴαχεν*.

36. In nuptiarum solemnitate, domo, ut videtur, ruente, magnus hominum numerus periit. – v. 1. *ἥρπασέ τις νύμφην*. secundum veterem consuetudinem, ob quam Hymen ap. Catull. LXI. 3. virginem ad virum rapere dicitur. Festus: Rapi simulatur virgo e gremio matris – quum ad virum trahitur. – v. 2. *ἀγέλην*, *τῶν εἰς τὸν γάμον κεκλημένων*. – v. 4. *πάνδ.* unus ille thalamus commune quodammodo sepulcretum factus. – *νεκρῶν*, ut *ἀνδρῶν*, *ἀμπελών* et similia. – v. 5. sponsam merito appellaveris *Πενθεσίλειαν*, sponsum *Πενθέα*, quum eorum nuptiae tanta luctus caussa fuerint. Euripid. Bacch. 367. *Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις*.

37. Puella ad virum deducta, quum ejus amplexus timeret, e thalamo fugiens per tenebras, a canibus lacerata periit. – v. 1. *Ὑμέναιος*. Hymenaeus ipse ad thalami limen accedere existimabatur. Catull. LXI. 9. Hymen – huc veni – pelle humum pedibus, manu Pineam quate taedam. Ejus autem locum in his inauspicatis nuptiis Orcus occupabat. – v. 6. *οὐδὲ νέκυν*. Supra c. VIII. ep. 90. de sponsa fluctibus mersa: *ὅς σε κομίζων Ἐς γάμον, οὔτε κόρην ἤγαγεν οὔτε νέκυν*.

38. De muliere gravida, quae, tribus diebus in puerperii doloribus consumtis, infantem tamen mortuum edere non potuit, ita ut huic matris uterus pro sepulcro esset. – v. 1. *ἀβάλε μηδ' ἐγέ-*

νῦν δ' ἡ μὲν τριτάλαινα γυνὴ τίκτουσα κάθηται,
γαστρὶ δὲ δυςκόλπῳ νεκρὸν ἔνεστι τέκος·
τρισσὴ δ' ἀμφιλύκη δρόμον ἤνυσεν, ἐξότε μίμνει
τὸ βρέφος ἀπρήκτοις ἐλπίσι τικτόμενον.
κούφη σοι τελέθει γαστήρ, τέκος, ἀντὶ κονίης·
αὕτη γάρ σε φέρει, καὶ χθονὸς οὐ χατέεις.

39. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Καὶ τίς ὃς οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον, υἱέα κλαύσας;
ἀλλ' ὁ Ποσειδίππου πάντας ἔθαψε δόμος
τέσσαρας, οὓς Ἀΐδαο συνήριθμον ἥρπασεν ἦμαρ,
τὴν πολλὴν παίδων ἐλπίδα κειράμενον.
πατρὸς δ' ὄμματα λυγρὰ κατομβρηθέντα γόοισιν
ὤλετο· κοινή που νὺξ μία πάντας ἔχει.

40. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἠρίθμουν ποτὲ πάντες Ἀριστοδίκην κλυτόπαιδα,
ἑξάκις ὠδίνων ἄχθος ἀπωσαμένην.
ἤρισε δ' εἰς αὐτὴν ὕδωρ χθονί. τρεῖς γὰρ ὄλοντο
νούσῳ· λειπόμενοι δ' ἤμυσαν ἐν πελάγει.

νοντο. Cf. cap. IX. 65, 3. Sic Pal. IX. 218. ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου. cum optativo Alcman. ap. Antig. Car. XXVII. βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην. Ceterum structura est ut supra cap. VIII. ep. 38. ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς κ. τ. λ. – v. 4. γαστρὶ δυςκόλπῳ. ἐν δυστήνῳ τῆς γαστρὸς κόλπῳ. – v. 6. ἀπρήκτοις ἐλπίσι. spe frustra concepta, quum eventus ei non responderet. Pal. XII. 145. ἀπρήκτοις ἐλπίσι μαινόμεθα. Simonid. Fragm. XIII. ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρηκτοι δὲ μεληδόνες. – v. 7. κούφη γαστήρ. ut terra defunctis.

39. De Posidippo quodam, qui, quum intra quatuor dies quatuor filios morte amisisset, flendo captus est oculis. – v. 3. Ἀΐδαο ἦμαρ. fatalis dies. – κειράμενον, ἀποτεμόν, δρέψαν. cf. cap. VIII. 124, 4. – παίδων ἐλπίδα. filios, in quibus magnam felicitatis spem collocaverat. – v. 5. κατομβρηθέντα. κάτομβρα ὄμματα. Pal. V. 145. – v. 6. κοινὴ νύξ. illis Orci, patre caecitatis tenebris oppresso.

40. In Aristodicen, sex filiorum matrem, quorum tres morbo, reliquos naufragio amisit. – v. 1. ἠρίθμουν κλυτόπαιδα. ἀριθμεῖν existimandi significatione, ut supra ep. 12. ἠρίθμει πολὺν ὄλβον Ἀριστείδης ὁ πενιχρὸς τὴν ὄϊν. – v. 4. ἤμυσαν. rarior in hoc verbo moriendi significatio, frequentior demit-

αἰεὶ δ' ἡ βαρύδακρυς ἐπὶ στήλαις μὲν ἀηδών,
μεμφομένη δὲ βυθοῖς, ἀλκυονὶς βλέπεται.

41. ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Παισὶν ἔπι προτέροις ἤδη τρίτον ἐν πυρὶ μήτηρ
θεῖσα, καὶ ἀπλήστῳ δαίμονι μεμφομένη,
τέτρατον ἄλγος ἔτικτε, καὶ οὐκ ἀνέμεινεν ἀδήλους
ἐλπίδας, ἐν δὲ πυρὶ ζωὸν ἔθηκε βρέφος,
οὐ θρέψω, λέξασα· τί γὰρ πλέον; Ἄϊδι μαστοὶ
κάμνετε· κερδήσω πένθος ἀμοχθότερον.

42. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἡ πυρὶ πάντα τεκοῦσα Φιλαίνιον, ἡ βαρὺ πένθος
μήτηρ, ἡ τέκνων τρισσὸν ἰδοῦσα τάφον,
ἀλλοτρίαις ὠδῖσιν ἐφώρμισα· ἡ γὰρ ἐώλπειν
πάντως μοι ζήσειν τοῦτον, ὃν οὐκ ἔτεκον.

XLII. 1. βαρύπενθος, libri omnes. Quod quum analogiae adversetur, βαρυπενθής correxit Br. a Schneidero monitus. In idem et Scaliger incidit. Sic βαρυπαθής est ap. Eusebium Hist. Eccl. X. 4. quod excitat Lobeck. ad Phrynich. p. 620. βαρυπένθητος. Pal. VII. 743. Quum omnes libri in altera lectione conspirent, sejunxi voces, πένθος ad ἰδοῦσα trahens.

tendi. Apoll. Rh. II. 582. ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασιν. Pal. VII. 498. κάτθανεν ἐκ νιφάδων Ἠμύσας ὁ πρέσβυς. — v. 5. ἐπὶ στήλαις. filios terra sepultos lugens lusciniae, mari et undis mersos halcyoni videtur similis. Vid. supra ad cap. IX. 18, 8. ἀλκυονίς hoc loco nihil videtur diversum ab ἀλκυών.

41. Historia de muliere, quae, tribus liberis morte amissis, quartum simul ac pepererat, flammis tradidit. — v. 2. ἀπλήστῳ δαίμονι. Pal. VII. 671. πάντα Χάρων ἄπληστε. — v. 3. ἄλγος. pro τέκνον. non dubitabat enim illa hunc quoque infantem novam ipsi dolendi materiam immatura morte daturum esse. Sic veteres interdum rem ponunt pro caussa rei. Ut in hoc ipso vocabulo Theocr. Eid. I. 103. Δάφνις κὴν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτος. Herodot. IV. 156. ἀγνοεῦντες δὲ τὰς συμφορὰς οἱ Θηραῖοι. caussam malorum, quae accidebant, ignorantes. Sic εὐσέβεια pietatis laus est ap. Sophocl. Electr. 968. δειλία ignaviae crimen. Eur. Iphig. Taur. 682. Vid. Abresch. Auctar. Diluc. p. 275. — v. 6. κερδήσω. sic saltem luctum habebo minore laboris dispendio.

42. De muliere, quae, tribus liberis amissis, alienum puerum adoptaverat, hunc saltem, quem non peperisset, victurum esse sperans. Sed hic quoque paulo post obiit. — v. 3. ἡ γάρ. hiatus excusationem habet ab interpun-

ἡ δ' εὔπαις θετὸν υἱὸν ἀνήγαγον· ἀλλά με φαίνων
ἤθελε μηδ' ἄλλης μητρὸς ἔχειν χάριτα.
κληθεὶς ἡμέτερος γὰρ ἀπέφθιτο· νῦν δὲ τεκούσαις
ἤδη καὶ λοιπαῖς πένθος ἐγὼ γέγονα.

43. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον ἔτι ζώοντα γάλακτι,
ἴχνος ὑπὲρ τοίχων νηὸς ἐρειδόμενον,
ὁ Θρήϊξ ἐτύμως Βορέης βάλεν εἰς ἁλὸς οἶδμα,
κῦμα δ' ἀπὸ ψυχὴν ἔσβεσε νηπιάχου.
Ἰνοῖ, ἀνοικτίρμων τις ἔφυς θεός, ἣ Μελικέρτεω
ἥλικος οὐκ Ἀΐδην πικρὸν ἀπηλάσαο.

44. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Γήθησαν περὶ παιδὸς Ἀριστίπποιο τοκῆες,
καὶ κλαῦσαν· μοίρης δ' ἦμαρ ἓν ἀμφοτέρης.
εὖτε γὰρ αἰθόμενον δόμον ἔκφυγεν, ἰθὺ κεραυνοῦ
Ζεὺς κατά οἱ κεφαλῆς ἄσπετον ἧκε σέλας.
τοῦτο δ' ἔπος τότ' ἔλεξαν ὅσοι νέκυν ὠδύροντο·
ὦ πυρὶ δαιμονίῳ τλῆμον ὀφειλόμενε.

45. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Βαιὸν ἀποπλανίην λιπομήτορα παῖδα Καλύπτρης
κριὸς ἑλιξόκερως θεῖνε θρασυνόμενος.

ctione. – v. 5. *ἡ εὔπαις*. tot liberorum mater. – v. 6. *ἄλλης μητρὸς χάριτα*. voluptatem ab alia matre quodammodo mutuo sumtam. – v. 7. *κληθεὶς ἡμέτερος*. caussae vim habere videtur participium: propter hoc ipsum, quod meus appellabatur. – v. 8. *πένθος, πένθους αἰτία καὶ πρόφασις*.

43. De puero infante, quem aquilo de nave in mare dejecerat. – v. 3. *ὁ Θρήϊξ ἐτύμως Βορέης*. Thraciae aut ob feros mores incolarum, aut a Terei facinore crudelitatis inhaerebat nota. Ovid. XIII. Met. 628. scelerata limina Thracum. Horat. Epod. V. 13. impube corpus, quale posset impia Mollire Thracum pectora. – v. 5. *Ἰνοῖ*. quam in Leucotheam conversam nautae implorabant. Magis autem decebat eum nunc puero succurrere, memorem salutis, quam Melicertae suo Nereidum misericordia attulit.

44. De Aristippo quodam, qui, quum incendium domus salvus effugisset, eodem die, quasi fati decretis flammae destinatus, fulmine ictus periit.

45. Puer arietis cornibus petitus per aprum vinculis ruptis accurrentem servatus est; quod

κάπρος δ' Ἡράκλειος ἀποῤῥήξας ἀπὸ δεσμῶν,
ἐς νηδὺν κριοῦ πᾶσαν ἔβαψε γένυν·
ζωὴν νηπιάχῳ δ' ἐχαρίσσατο· ἢ ῥ' ἀπὸ Ἥρης
Ἡρακλέης βρεφέων ᾤκτισεν ἡλικίην.

46. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἡ Βρόμιον στέρξασα πολὺ πλέον ἢ τροφὸς Ἰνώ,
ἡ λάλος ἀμπελίνη γρηῢς Ἀριστομάχη,
ἡνίκα τὴν ἱερὴν ὑπέδυ χθόνα, πᾶν τ' ἐμαράνθη
πνεῦμα πάρος κυλίκων πλεῖστον ἐπαυρομένης,
εἶπε τάδ', ὦ Μινοΐ, πῆλαι, φέρε, κάλπιν ἐλαφρήν,
οἴσω κυάνεον τοὐξ Ἀχέροντος ὕδωρ·

XLV. 5. hic versus duplici hiatu deformatur. Et priorem quidem excuses, ut supra ep. XLII. 3. alter autem non tolerabilis. Unde Hermannus correxit: ἀράγ' ἀφ' Ἥρης. Malim: ἢ γὰρ ἀφ' Ἥρης — aut, quod priorem quoque hiatum sustulerit: καὶ γὰρ ἀφ' Ἥρης.

XLVI. 5. τάδε Μίνωϊ πάλαι. P. Plan. metro labante. Vitium est etiam in πάλαι, quod h. l. sensum non habet. Quare scripsi: τάδ', poeta Herculi tribuit, infantibus ob recordationem periculorum, quibus ipse puer vexatus erat, faventi. Qua de caussa autem aper vocetur κάπρος Ἡράκλειος, mihi quidem non compertum est. Nam quod Menoetius Herculi inter deos relato primus aprum cum tauro et ariete immolavit, teste Diodoro IV. 39., an huc referendum sit, non dixerim. — v. 3. ἀποῤῥήξας. vi neutra, erumpens e vinculis, aut e hara, in qua inclusus tenebatur. Sed malim ἐπιῤῥήξας. — v. 5. ἀπὸ Ἥρης. a malis ipsi per Junonem illatis. De lectione vid. var. lect.

46. Ludicrum epigramma de vetula vinosa ejusque apud inferos machinationibus. — v. 1. τροφὸς Ἰνώ. huic enim Mercurius Bacchum recens natum alendum tradiderat. — v. 3. ἐμαράνθη πνεῦμα. Aristoph. Eccl. 146. δίψει γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαναυθήσομαι. — v. 5. πῆλαι, φέρε. infinitivus pro imperativo. πάλλειν quaesitoris est, qui sortes in urna movet, ut de Minoe dicit Virgil. Aen. VI. 432. et Claudian. R. P. II. 332. urna nec incertas versat Minoïa sortes. Jam si κάλπις urna est judiciaria, vetula Minoem rogat, ut statim de ea sententiam ferat. Tum ἐλαφρὴν ornans est epitheton. Malim autem fere κάλπιν accipere de vase, quo aqua hauritur, ut ap. Pindar. Ol. VI. 40., quo admisso, illa judicem precatur, ut, sententia pronuntiata, ipsam ad urnam condemnet, ut Danai filias. Praegnanti tum significatione dictum: urna mota, judicio composito, adjudica κάλπιν. Caussam affert, quod et ipsa

ἡ δ' εὔπαις θετὸν υἱὸν ἀφήρπασεν· ἀλλά με φαίνειν
ἤθελε μηδ' ἄλλης μητρὸς ἔχειν χάριτα.
κληθεὶς ἡμέτερος γὰρ ἀπέφθιτο· νῦν δὲ τεκούσαις
ἤδη καὶ λοιπαῖς πένθος ἐγὼ γέγονα.

43. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Τὸν μικρὸν Κλεόδημον ἔτι ζώοντα γάλακτι,
ἴχνος ὑπὲρ τοίχων νηὸς ἐρεισάμενον,
ὁ Θρήϊξ ἐτύμως Βορέης βάλεν εἰς ἁλὸς οἶδμα,
κῦμα δ' ἀπὸ ψυχὴν ἔσβεσε νηπιάχου.
Ἰνοῖ, ἀνοικτίρμων τις ἔφυς θεός, ἣ Μελικέρτεω
ἥλικος οὐκ Ἀΐδην μικρὸν ἀπηλάσαο.

44. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ.

Γήθησαν περὶ παιδὸς Ἀριστίπποιο τοκῆες,
καὶ κλαῦσαν· μοίρης δ' ἦμαρ ἓν ἀμφοτέρης.
εὖτε γὰρ αἰθόμενον δόμον ἔκφυγεν, ἰθὺ κεραυνοῦ
Ζεὺς κατά οἱ κεφαλῆς ἄσπετον ἧκε σέλας.
τοῦτο δ' ἔπος τότ' ἔλεξαν ὅσοι νέκυν ὠδύροντο·
ὦ πυρὶ δαιμονίῳ τλῆμον ὀφειλόμενε.

45. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Βαιὸν ἀποπλανίην λιπομήτορα παῖδα Καλύπτρης
κριὸς ἑλιξόκερως θεῖνε θρασυνόμενος.

ctione. — v. 5. ἡ εὔπαις. tot liberorum mater. — v. 6. ἄλλης μητρὸς χάριτα. voluptatem ab alia matre quodammodo mutuo sumtam. — v. 7. κληθεὶς ἡμέτερος. caussae vim habere videtur participium: propter hoc ipsum, quod meus appellabatur. — v. 8. πένθος, πένθους αἰτία καὶ πρόφασις.

43. De puero infante, quem aquilo de nave in mare dejecerat. — v. 3. ὁ Θρήϊξ ἐτύμως Βορέης. Thraciae aut ob feros mores incolarum, aut a Terei facinore crudelitatis inhaerebat nota. Ovid. XIII. Met. 628. scelerata limina Thracum. Horat. Epod. V. 13. impube corpus, quale posset impia Mollire Thracum pectora. — v. 5. Ἰνοῖ. quam in Leucotheam conversam nautae implorabant. Magis autem decebat eum nunc puero succurrere, memorem salutis, quam Melicertae suo Nereidum misericordia attulit.

44. De Aristippo quodam, qui, quum incendium domus salvus effugisset, eodem die, quasi fati decretis flammae destinatus, fulmine ictus periit.

45. Puer arietis cornibus petitus per aprum vinculis ruptis accurrentem servatus est; quod

κάπρος δ' Ἡράκλειος ἀποῤῥήξας ἀπὸ δεσμῶν,
ἐς νηδὺν κριοῦ πᾶσαν ἔβαψε γένυν·
ζωὴν νηπιάχῳ δ' ἐχαρίσσατο· ἡ δ' ἀπὸ Ἥρης
Ἡρακλέης βρεφέων ᾤκτισεν ἡλικίην.

46. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἡ Βρόμιον στέρξασα πολὺ πλέον ἢ τροφὸς Ἰνώ,
ἡ λάλος ἀμπελίνη γρηῢς Ἀριστομάχη,
ἡνίκα τὴν ἱερὴν ὑπέδυ χθόνα, πᾶν τ' ἐμαράνθη
πνεῦμα πάρος κυλίκων πλεῖστον ἐπαυρομένης,
εἶπε τάδ', ὦ Μινοΐ, πῆλαι, φέρε, κάλπιν ἐλαφρήν,
οἴσω κυάνεον τοὐξ Ἀχέροντος ὕδωρ·

XLV. 5. hic versus duplici hiatu deformatur. Et priorem quidem excuses, ut supra ep. XLII. 3. alter autem non tolerabilis. Unde Hermannus correxit: ἀρά γ' ἀφ' Ἥρης. Malim: ἡ γὰρ ἀφ' Ἥρης — aut, quod priorem quoque hiatum sustulerit: καὶ γὰρ ἀφ' Ἥρης.

XLVI. 5. τάδε Μίνωϊ πάλαι. P. Plan. metro labante. Vitium est etiam in πάλαι, quod h. l. sensum non habet. Quare scripsi: τάδ',

poeta Herculi tribuit, infantibus ob recordationem periculorum, quibus ipse puer vexatus erat, faventi. Qua de caussa autem aper vocetur κάπρος Ἡράκλειος, mihi quidem non compertum est. Nam quod Menoetius Herculi inter deos relato primus aprum cum tauro et ariete immolavit, teste Diodoro IV. 39., an huc referendum sit, non dixerim. — v. 3. ἀποῤῥήξας. vi neutra, erumpens e vinculis, aut e hara, in qua inclusus tenebatur. Sed malim ἐπιῤῥήξας. — v. 5. ἀπὸ Ἥρης. a malis ipsi per Junonem illatis. De lectione vid. var. lect.

46. Ludicrum epigramma de vetula vinosa ejusque apud inferos machinationibus. — v. 1. τροφὸς Ἰνώ. huic enim Mercurius Bacchum recens natum alendum tradiderat. — v. 3. ἐμαράνθη πνεῦμα. Aristoph. Eccl. 146. δίψει γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαναυθήσομαι. — v. 5. πῆλαι, φέρε. infinitivus pro imperativo. πάλλειν quaesitoris est, qui sortes in urna movet, ut de Minoe dicit Virgil. Aen. VI. 432. et Claudian. R. P. II. 332. urna nec incertas versat Minoïa sortes. Jam si κάλπις urna est judiciaria, vetula Minoem rogat, ut statim de ea sententiam ferat. Tum ἐλαφρήν ornans est epitheton. Malim autem fere κάλπιν accipere de vase, quo aqua hauritur, ut ap. Pindar. Ol. VI. 40., quo admisso, illa judicem precatur, ut, sententia pronuntiata, ipsam ad urnam condemnet, ut Danai filias. Praegnanti tum significatione dictum: urna mota, judicio composito, adjudica κάλπιν. Caussam affert, quod et ipsa

καὐτῇ παρθένιον γὰρ ἀπώλεσα· τοῦτο δ' ἔλεξε
ψευδές, ἵν' αὐγάζῃ κὴν φθιμένοισι πόθον.

47. ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Ἡ γραῦς Εὐβούλη, ὅτε οἱ καταθύμιον ἦν τι,
Φοίβου τὸν πρὸ ποδῶν μάντιν ἄειρε λίθον,
χείρεσι πειράζουσα· καὶ ἦν βαρύς, ἡνίκα μή τι
ἤθελεν· εἰ δ' ἐθέλοι, κουφότερος πετάλων.
αὐτὴ δὲ πρήσσουσα τό οἱ φίλον, ἤν ποθ' ἁμάρτῃ,
Φοίβῳ τὰς ἀνίσους χεῖρας ἐπεγράφετο.

48. ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ.

Ἀμπελὶς ἡ φιλάκρητος ἐπὶ σκήπωνος ὁδηγοῦ
ἤδη τὸ σφαλερὸν γῆρας ἐρειδομένη,
λαθριδίη Βάκχοιο νεοθλιβὲς ἦλθ' ἀπὸ ληνοῦ
πῶμα κλωπεύειν, πλησαμένη κύλικα·

ὦ Μινοῖ, πῆλαι. – v. 7. παρθενίην. Pal. Plan. quod emendavit Munckerus.

XLVIII. 3. ἦδ' ἀπὸ λ. Πῶμα κύκλωι πιῖν. Pal. quod emendavimus deleta syllaba κυ, quae, voce κλωπεύειν discerpta et corrupta, a librario addi potuit, κλω de κύκλω superesse existimante. De verbo κλωπεύειν et cognatis vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 591. –

sponsum, παρθένιον, interfecerit. Vid. Horat. III. Od. 11, 23.

47. Item de vetula, ejusque si quid vellet nolletque deos consulendi artificio. – v. 2. λίθον. saxum ante pedes positum tollebat, deorum inde voluntatem exploratura. Ob hanc caussam lapis ille μάντις Φοίβου vocatur, quasi interpres Apollinis. Hoc vaticinandi genus commemorat Dio Chrys. Or. XIII. p. 419. mulieresque ait, βωλόν τινα ἢ λίθον ἐπαιρούσας, ejus ope explorare περὶ τοῦ πράγματος οὗ πυνθάνονται· καὶ δὴ ταῖς μὲν αὐτῶν φασι γίγνεσθαι κοῦφον, ταῖς δὲ βαρύ, ὡς μηδὲ κινεῖσθαι δύνασθαι ῥαδίως. – v. 6. τὰς ἀνίσους χεῖρας, diversum illud manuum judicium.

48. Historia de muliere vini amantissima, quae, mustum furtim hauriens, in lacum incidit. – v. 3. ἦλθε κλωπεύειν. infinitivus praesentis aut aoristi cum verbis eundi non uno in loco reperitur. Pal. XI. 330. σήμερον ἦλθον δειπνεῖν. IX. 385. σκοπιαζέμεν ἤλυθον ἄνδρες. Babrius Fab. 25. ed. Schn. ἕτερος ἦλθεν

πρὶν δ᾽ ἀρύσαι μογερὰν ἔκαμεν χέρα· γραῦς δέ, παλαιὴ
νηῦς ἅθ᾽ ὑποβρύχιος, ζωρὸν ἔδυ πέλαγος.
Εὐτέρπη δ᾽ ἐπὶ τύμβον ἀποφθιμένης θέτο σῆμα
λάϊνον, οἰνηρῶν γείτονα θειλοπέδων.

49. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Βακχυλίς, ἡ Βάκχου κυλίκων σποδός, ἔν ποτε νούσῳ
κεκλιμένα, Δηοῖ τοῖον ἔλεξε λόγον·
Ἢν ὀλοοῦ διὰ κῦμα φύγω πυρός, εἰς ἑκατόν σοι
ἠελίους δροσερᾶν πίομαι ἐκ λιβάδων,
ἄβρομιος καὶ ἄοινος· ἐπεὶ δ᾽ ὑπάλυξεν ἀνίην,
αὐτῆμαρ τοῖον μῆχος ἐπεφράσατο·
τρητὸν γὰρ θεμένα χερὶ κόσκινον, εὖ διὰ πυκνῶν
σχοίνων ἠελίους πλείονας ἠρύσατο.

50. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Κοινῇ πὰρ κλισίῃ ληθαργικὸς ἠδὲ φρενοπλὴξ
κείμενοι, ἀλλήλων νοῦσον ἀπεσκέδασαν.

v. 6. ὡς ναῦς ὑποβρύχιος. Pal. quod Meinekio et Passovio praeeuntibus emendavi. Cf. Friedem. de Med. Syll. Pent. p. 327. Theogn. 964. νῦν δ᾽ ἤδη, ναῦς ἅθ᾽, ἑκὰς δείχω.

XLIX. 5. ἀνίην. Pal. et ἀνάγκην. alterum hoc si quis praetulerit, me non invito faciet.

ἄλλο τι ἆραι. – v. 5. πρὶν δ᾽ ἀρύσαι. antequam vinum in lacu attigisset poculumque implesset, vetula manu, qua in margine lacus nitebatur, fallente, in lacum praecipitata est. – ναῦς ἅθ᾽ ὑποβρύχιος. tamquam vetusta navis rimosa. – v. 6. ζωρόν, οἶνον ζωροῦ. – v. 7. σῆμα λάϊνον. jejuna commemoratio monumenti in hac praesertim re, quae significantius quid requirere videtur, commovit virum doctum, ut πῶμα corrigeret. Sic supra cap. VIII. 99. vetula φιλάκρητος cadum habet tumulo impositum; alia ib. ep. 100. γλυπτὴν ἐκ πέτρης κύλικα. Obstare tamen videtur, quod in hoc ipso epigrammate v. 4. πῶμα diversa significatione est positum. – v. 8. γείτονα. Cf. supra cap. VIII. ep. 102.

49. De artificio vetulae vinosae, quo votum, cui se per morbum adstrinxerat, clusit. – v. 1. κυλίκων σποδός. Pal. VII. 455. Μαρωνὶς ἡ φίλοινος, ἡ πίθων σποδός. – v. 3. κῦμα πυρός. febris impetum; de omni enim malorum genere κῦμα usurpatur. Vid. Blomfield. Gloss. in VII. c. Th. 64. – v. 4. δροσ. ἐκ λιβάδων. merae aquae rorem pro vino. – v. 8. διὰ σχοίνων. per cratis e junco contextae foramina. Ambiguitas, quae est in vocabulo ἥλιος, fallaciae locum dedit.

50. Historia de duobus aegrotis, quorum alter lethargo, alter phrenitide laborabat, utroque per alterum a morbo liberato. – v. 1. πὰρ κλισίῃ. in eodem lecto. Sic Pal. VII. 680. ἐνθάδε νῦν μετὰ τέρμα φίλῃ παρὰ πατρίδι

ἐξέθορε κλίνης γὰρ ὁ τολμήεις ὑπὸ λύσσης,
καὶ τὸν ἀναίσθητον παντὸς ἔτυπτε μέλους.
πληγαὶ δ' ἀμφοτέροις ἐγένοντ' ἄκος, αἷς ὁ μὲν αὐτῶν
ἔγρετο, τὸν δ' ὕπνῳ πουλὺς ἔρειψε κόπος.

51. ΛΕΩΝΙΔΟΥ.

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἠέρταζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν,
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.

52. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. οἱ δὲ ΙΣΙΔΩΡΟΥ.

Πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν· ἀμφότεροι δὲ
εἰς αὐτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠράνισαν.
τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων,
ταῖς κείνου φωναῖς ἀτραπὸν ὀρθοβάτει·
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη
ἀλλήλοις μερίσαι τοὐλλιπὲς εἰς τέλεον.

53. ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛ.

Τὸν χαλκοῦν τέττιγα Λυκωρέϊ Λοκρὸς ἀνάπτει
Εὔνομος, ἀθλοσύνας μνᾶμα φιλοστεφάνου.

κεῖται. – v. 4. ἀναίσθητον. toto corpore omnibusque membris sensu privatum. – v. 6. ὕπνῳ, εἰς ὕπνον. – κόπος. defatigatio, postquam illum pugnis male mulcaverat.

51. De claudo et caeco, opem sibi invicem praestantibus. – v. 1. ἀλητεύων. pro mendicorum more. Od. ρ. 501. ξεῖνός τις δύστηνος ἀλητεύει κατὰ δῶμα, ἀνέρας αἰτίζων. – v. 2. ἀντερανιζόμενος. In eadem historia Pal. IX. 13. πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος. et paulo post: τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν. – v. 3. πρὸς ἑνός. ex duobus mutilis unus integer factus.

52. Idem argumentum. – v. 2. εἰς αὐτούς, ἀλλήλους. – v. 4. φωναῖς. claudo illi verbis viam monstrante. – ἀτραπὸν ὀρθοβάτει. τὴν ὀρθὴν ὁδὸν ἔβαινε, sine errore viam persequebatur. – v. 6. totus hic versus verbis πάντα ταῦτα pro epexegesi est additus.

53. In simulacrum Apollini dicatum cicadae, quae in musico citharoedorum certamine, chorda forte rupta, hujus defectum cantu suo supplevit. Est haec historia apud Strabonem VI. p. 260. Antig. Caryst. c. 1. Clem. Alex. in Protrept. p. 2. et alios. – v. 1. Λυκωρεῖ. Apoll. Rh. IV. 1490. Φοίβοιο Λυκωρείοιο, pro Δελφικοῦ, teste Scholiasta: οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρότερον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο. certe in Parnasso sita fuit Lycorea. Vid. Muelleri Dorienses I. 1. p. 212. – ἀνάπτει, ἀνατίθησι. –

ἦν γὰρ ἀγὼν φόρμιγγος· ὁ δ' ἀντίος ἵστατο Πάρθις.
ἀλλ' ὅκα δὴ πλάκτρῳ Λοκρὶς ἔκρεξε χέλυς,
βραγχὸν τετριγυῖα λύρας ἀπεκόμπασε χορδά·
πρὶν δὲ μέλος σκάζειν εὔποδος ἁρμονίης,
ἁβρὸν ἐπιτρύζων κιθάρας ὕπερ ἕζετο τέττιξ,
καὶ τὸν ἀποιχομένου φθόγγον ὑπῆλθε μίτου·
τὰν δὲ πάρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσεσιν ἀγρότιν ἀχὼ
πρὸς νόμον ἁμετέρας τρέψε λυροκτυπίας.
τῷ σε, μάκαρ Λητῷε, τεῷ τέττιγι γεραίρει,
χάλκεον ἱδρύσας ᾠδὸν ὑπὲρ κιθάρας.

54. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέος ὢν Θήρων ὁ Μενίππου
αἰσχρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας.
ἀλλά μιν Εὐκτήμων, πατρικὸς φίλος, ὡς ἐνόησεν
ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
καί μιν δακρυχέων ἀνελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
θῆκε θυγατρὸς ἑῆς, πόλλ' ἐπὶ μείλια δούς.

v. 5. ἀπεκόμπασε. chorda cum rauco sono, βραγχόν, dissiluit. Alibi hoc verbum hac significatione reperiri non videtur. – v. 6. μέλος εὔποδος ἁρμονίης. circumscriptio musicae modum et mensuram legitimam implentis. Haec claudicabat chorda citharae detracta. Respondent sibi σκάζειν et εὔποδος. – v. 8. ἀποιχομένου. praesens pro perfecto, quod in hoc praesertim verbo haud infrequens. – φθόγγον ὑπῆλθε. in locum soni deficientis successit. – v. 9. ἀγρότιν ἀχώ: τὴν φωνήν. Pal. IX. 584. in eadem historia: πρὸς γὰρ ἐμὰν μελέταν ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδὸς Τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο. – v. 11. τῷ, διὰ τοῦτο. – v. 12. ὑπὲρ κιθάρας. conspiciebatur apud Locrenses statua Eunomi cum cicada citharae insidente, teste Timaeo ap. Strabon. VI. p. 260. inter cujus reliquias hunc locum posuit Goellerus de situ et origine Syracusarum p. 304. s.

54. Historia de juvene, qui patrimonio turpiter absumto, sublevatus a paterno amico, qui ei filiam cum ampla dote in matrimonium dabat, in pristinam vitam rediit, nec prius cessavit, quam conjugis quoque dotem consumsisset. – v. 2. εἰς δαπάνας ἐξέχεεν Liban. T. I. p. 300, 20. πλοῦτος εἰς τὴν οἰκοδομίαν ἐξεχεῖτο. Themist. Or. II. p. 27. A. εἰς θέατρά τε καὶ ἱπποδρομοὺς πολλὰ χρήματα ἐξέχεε. – v. 4. καρφαλέῃ πενίῃ. sicca et arida paupertate. Eadem imagine Lucian. Tim. §. 8. de parasitis patronum ad egestatem redactum relinquentibus: αὖον αὐτὸν καὶ τὰς ῥίζας ὑποτετμημένον ἀπολιπόντες. – v. 5. μίν abundat post v. tertium. – v. 6. πόλλ' ἐπὶ μείλια δούς. Homerica locutio. Il. ι. 147. ἐγὼ δ' ἐπὶ μεί-

αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνα περιφρένας ἤλυθε πλοῦτος,
αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτρέφετ' ἐν δαπάναις,
γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χάριν οὐ κατὰ κόσμον,
τῇ θ' ὑπὸ τὴν μιαρὰν γαστέρα μαργοσύνῃ.
οὕτως μὲν Θήρωνα τὸ δεύτερον ἀμφεκάλυψεν
οὐλομένης πενίης κῦμα παλιῤῥόθιον.
Εὐκτίμων δ' ἐδάκρυσε τὸ δεύτερον, οὐκέτι κεῖνον,
ἀλλὰ θυγατρὸς ἑῆς προῖκά τε καὶ θάλαμον.
ἔγνω δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
τοῖς ἰδίοις εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

55. ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.

Νηὸς ἁλιστρέπτου πλαγκτὸν κύτος εἶδεν ἐπ' ἀκτῆς
μηλοβότης, βλοσυροῖς κύμασι συρόμενον,
χεῖρα δ' ἐπέῤῥιψεν· τὸ δ' ἐπεσπάσατ' ἐς βυθὸν ἅλμης
τὸν σῴζονθ'· οὕτως πᾶσιν ἀπηχθάνετο.
ναυηγὸν δ' ὁ νομεὺς ἔσχεν μόρον. ὢ δι' ἐκείνην
καὶ δρυμοὶ χῆροι πορθμίδα, καὶ λιμένες.

LIV. 7. περιφρένας. Pal. παρ' ἐλπίδας. Plan. ex compilatoris emendatione procul dubio. In depravata membranarum lectione φρενῆς latere non est improbabile; fortasse sic: αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρων' ἐπὶ φρενῆς ἤλυθε κλ. i. e. Θήρωνι. Rhythmum tamen bucolicum sic turbari aegre fero. Tale quid mallem: ἐπεὶ Θήρωνι παλιμφερὲς ἤλυθε κλ. aut: περιστρεφές, adverbialiter.

λια δώσω πολλὰ μάλ'. – v. 7. περιφρένας. Vid. var. lect. – v. 9. οὐ κατὰ κόσμον. etiam hoc est Homericum. Cf. Il. β. 214. ε. 759. et alibi. – v. 10. ὑπὸ τὴν γαστέρα. saepe sic veteres de libidine venerea ventris et gulae impotentia excitata. Gregor. Naz. Or. XVI. p. 250. εἰ μὴ κακοὶ νομιζοίμεθα καὶ δοῦλοι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. quod αἰδοίοις καὶ γαστρὶ δουλεύειν dicit Galen. T. I. p. 59. et Julian. Imper. Or. VI. p. 198. C. nonnihil immutata locutione τὰ μετὰ γαστέρα πάθη dixit Isidor. Pelus. V. 93. p. 581. C. et plurimis aliis locis. – v. 12. κῦμα. Vid. supra ep. 49, 3. – v. 15. ὡς οὐκ ἔστι. Euphron. apud Stobae. XV. p. 151, 52. ὁ γὰρ τὸν ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον, Πῶς οὗτος ἂν σώσειε τῶν ἔξω τινά;

55. Pastor navis carinae fluctibus circumactae manus injiciens, ab ea in undas abreptus periit. – v. 4. πᾶσιν ἀπηχθ. adeo infesto fuit in omnes animo, ut, postquam nautas undis merserat, illum quoque, qui ei servandae operam navabat, perderet. – v. 5: ναυηγὸν μόρον. Pal. VII. 76. καλυφθεὶς κύμασι ναυηγὸν σχέτλιος ἔσχε τάφον. – v. 6. δρυμοί. pascua, ut saltus apud Latinos.

56. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣ.

Μηδ', ὅτ' ἐπ' ἀγκύρης, ὅλοῃ πίστευε θαλάσσῃ,
    ναυτίλε, μηδ' εἴ τοι πείσματα χέρσος ἔχοι.
καὶ γὰρ Ἴων ὅρμῳ ἐνικάππεσεν· ἐς δὲ κόλυμβον
    ναύτου τὰς ταχινὰς οἶνος ἔδησε χέρας.
φεῦγε χοροιτυπίην ἐπινήϊον· ἐχθρὸς Ἰάκχῳ
    πόντος. Τυρσηνοὶ τοῦτον ἔθεντο νόμον.

57. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΘΕΣΣ.

Κλασθείσης ποτὲ νηὸς ἐν ὕδατι, δῆριν ἔθεντο
    δισσοὶ ὑπὲρ μούνης μαρνάμενοι σανίδος.
τύψε μὲν Ἀνταγόρης Πεισίστρατον. οὐ νεμεσητόν,
    ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς· ἀλλ' ἐμέλησε Δίκῃ.
Νήχεθ' ὁ μέν· τὸν δ' εἷλε κύων ἁλός· ἡ παναλάστωρ
    Κηρῶν οὐδ' ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

LVII. 5. ἁλὸς παναλάστωρ. Pal. ἅλιος correxit Plan. quo rhythmus corrumpitur. ἡ inserui, quod et rhythmo versus et sensui consentaneum.

56. De viro quodam, qui in ipso portu male sobrius ex nave excidit. – v. 3. ἐς κόλυμβον. pro ἐς τὸ κολυμβᾶν. quominus natando se servaret, vino est impeditus, quod ipsi ebrietas manus quodammodo vinciebat. – v. 5. χοροιτυπίην. omnem Bacchi cultum significat, in quo choreae praecipuum locum habent. Pal. IX. 98. ἄξια τῆς Βρομίου βύβλα χοροιτυπίης. – v. 6. Τυρσηνοί a Baccho in delphinos mutati hanc quasi legem posuerunt, ut mare Bacchum Bacchique cultum odio habeat.

57. Historia de duobus naufragis, quorum unus alterum, in eadem tabula sedentem, dejecit. At hic salvus enatavit, dum alter a cane marino devoratus est. – v. 3. τύψε. pugno percussum dejecit. – v. 4. ἦν γὰρ ὑπὲρ ψυχῆς. de vita agebatur. Similiter dicitur τρέχειν et θέειν περὶ ψυχῆς, i. e. ut apud Eunap. Vit. Soph. p. 60. τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος. – v. 4. ἐμέλησε Δίκῃ. non neglexit Justitia facinus, quantumvis excusabile. Pal. IX. 223. Ζηνὸς δ' οὔτι Δίκην ἔλαθεν μόνος. – v. 5. κύων ἁλός. Vid. supra c. X. ep. 18. – παναλάστωρ Κηρῶν. Sunt Κῆρες interdum malorum adversarumque rerum auctores, unde ἀλάστορες; quam ob rem etiam cum Furiis junguntur. Aeschyl. VII. c. Th. 1058. φθερσιγενεῖς Κῆρες Ἐρινύες.

58. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε Γαλήνη
κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι Ζέφυρος,
νηοβάτην ὄψεσθε· δέδοικα γὰρ οὓς πάρος ἔτλην
κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσόμενος.

59. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ῥιγηλὴ ναύταις ἐρίφων δύσις, ἀλλὰ Πύρωνι
πουλὺ γαληναίη χείματος ἐχθροτέρη·
νῆα γὰρ ἀπλοΐῃ πεπεδημένου ἔφθασε ναύταις
ληϊστέων ταχινὴ δίκροτος ἐσσυμένη·
χεῖμα δέ μιν προφυγόντα γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ
ἔκτανον· ἆ λυγρῆς δειλὲ καχορμισίης.

LIX. 3. ἀλιπλόῃ πεπεδημένην. Pal. quod Dorvillius emendavit. Br. τόνδε γὰρ ἀπλοΐῃ πεπεδημένον ἔφθασε νηῦς. At νηῦς non solet dissolvi in νηῦς, neque alias emendatio probabilis. Malim: ἔφθασε κώπαις. remis agitata. Quo admisso facilius intelligitur, quomodo factum sit, ut piratae per malaciam in ponto dominantem Pyronis navem anteverterc possent. – v. 6. ἔκτανεν. Pal. quod sensum idoneum non habet. Quare ἔκτανον scripsi.

58. Maris tempestatumque impotentia multum conflictatus poeta, navigationi in posterum renuntiat. – v. 1. γελόωσα Γαλήνη. Lucret. V. 1003. nec poterat quenquam placidi Pellacia ponti Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis. Facit huc Alciphr. III. 1. p. 274. de juvene quodam: καλὸς μὲν γάρ ἐστι, καλός, ὦ μῆτερ, καὶ ἥδιστος – καὶ μειδιᾷ τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον. – v. 2. φρῖκα. Il. η. 63. οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ. Catull. LXIV. 270. mare horrificans Zephyrus proclivas incitat undas.

59. De Pyrone quodam, qui, per malaciam a praedonibus deprehensus, maris tranquillitatem sibi non minus quam alii tempestates infestam habuit. – v. 1. ἐρίφων δύσις. vide supra cap. VIII. 39, 6. – v. 3. πεπεδημένου. Pal. VII. 263. ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος Ib. 293. ἀνηνέμῳ πλόῳ πεδηθείς. – v. 4. ταχινὴ δίκροτος. Vid. Xenoph. Hist. Gr. II. 1, 28. ubi naves sunt δίκροτοι et μονόκροτοι. – Junge ναύταις ἐσσυμένη. nautarum strenue remigantium ope; nisi forte κώπαις legendum. – v. 5. γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ, ἐν γαλήνῃ ὀλεθρίᾳ αὐτῷ οὔσῃ. – ἔκτανον, οἱ λῃσταί scil. quod ex praecedentibus assumendum. – v. 6. καχορμισίης. Lexica interpretantur: infaustum in portum adventum; quo admisso, sensu ad nostram historiam accommodato, de infelici fine navi-

60. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔ.

Εἰδότα κὴπ' Ἄτλαντα τεμεῖν πόρον, εἰδότα Κρήτης
κύματα, καὶ πόντου ναυτιλίην μέλανος,
Καλλιγένευς Διόδωρον Ὀλύνθιον ἴσθι θανόντα
ἐν λιμένι, πρώρης νύκτερον ἐκχύμενον,
δαιτὸς ἐπεὶ τὸ περισσὸν ἀπήμεεν. ἆ πόσον ὕδωρ
ὤλεσε τὸν τόσσῳ κεκριμένον πελάγει.

61. ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Πάντα τις ἀρήσαιτο φυγεῖν πλόον, ὁππότε καὶ σύ,
Θεύγενες, ἐν Λιβυκῷ τύμβον ἔθευ πελάγει,

LX. 5. ὅτ' ἤμεεν. Pal. quod Reiskius emendavit.

gationis accipiendum vocabulum. Quum autem ὅρμος interdum de quavis statione usurpetur, navesque dicantur ὁρμεῖν, quum etiam extra portum in alto stationem habent, vocem καχορμισίαν explicare malim de quiete illa, quam Pyronis navis ventis silentibus invita subiit.

60. In Diodorum, qui, multis itineribus feliciter confectis, in ipso portu navi excussus est. – v. 1. ἐπ' Ἄτλαντα. ultra columnas Herculis. – τεμεῖν πόρον. ut ταμεῖν τρίβον. Pal. IX. 359. 360. et secare viam apud Latinos. Mox κύματα non pendet ab infinitivo iterum supplendo, sed ab εἰδότα: qui mare noverat Creticum et navigationem per superiores etiam partes maris periclitatus fuerat. – πόντου μέλανος. μείλανι πόντῳ est ap. Homer. Il. ω. 79. apud quem etiam ἠεροειδής est, et κυαναυγὴς Ἀμφιτρίτη ap. Dion. Perieg. 169. at nostro loco peculiaris quaedam maris pars intelligi debet. Ne autem de Ponto Euxino cogites, quem recentiores nigrum appellant, vetat Lucian. adv. Indoct. §. 11 Tom. VIII. p. 13. ubi de Orpheo a mulieribus discerpto, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ σὺν τῇ λύρᾳ εἰς τὸν Ἕβρον ἐμπεσοῦσαν, ἐμβληθῆναι εἰς τὸν μέλανα πόντον. unde apparet intelligendum esse sinum maris Thracici, quem ab altitudine Μέλανα appellatum esse docet Oppian. Hal. IV. 514. Cf. Apoll. Rh. I. 922. εἰρεσίῃ Μέλανος διὰ βένθεα πόντου ἱέμενοι, τῇ μὲν Θρηκῶν χθόνα, τῇ δὲ περαίην Ἴμβρον ἔχον καθύπερθεν. – v. 6. κεκριμένον. Pal. IX. 42. ἀσπίδα δ' ἔσχον Σωθεὶς κεκριμένην κύματι καὶ πολέμῳ.

61. De nauta, cui turba gruum, in navem incidentium, mortem attulit. De coturnicibus Plin. X. 33. advolant et hae simili modo, non sine periculo navigantium, quum appropinquavere terris. Quibus velis saepe incidunt, et hoc semper noctu, merguntque navigia. Idem XXXII 6. de loliginibus tradit, tanta eas interdum multitudine evolare, ut navigia demergant. – v. 1. πάντα. omne per maria iter periculis obnoxium; quare qui potest eo omni-

ἡνίκα σοι κεκμηὸς ἐπέπτατο φορτίδι νηῒ
οὖλον ἀνηρίθμων κεῖνο νέφος γεράνων.

62. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Νῆα μὲν ὤλεσε πόντος, ἐμοὶ δ' ἔπορεν πάλι δαίμων
πλαζομένῳ φύσεως νῆά ποθεινοτέρην.
πατρὸς ἰδὼν γὰρ ἐγὼ δέμας εἰς ἐμὲ καίριον ἐλθόν,
μουνερέτης ἐπέβην, φόρτος ὀφειλόμενος.
ἤγαγε δ' εἰς λιμένας με, καὶ ἔσπειρεν δὶς ὁ πρέσβυς,
νήπιον ἐν γαίῃ, δεύτερον ἐν πελάγει.

63. ΛΕΩΝΙΔΑ.

Θῆριν τὸν τριγέροντα, τὸν εὐάγρων ἀπὸ κύρτων
ζῶντα, τὸν αἰθυίης πλείονα νηξάμενον,
ἰχθυσιληΐστῆρα, σαγηνέα, χηραμοδύτην,
οὐχὶ πολυσκάλμου πλώτορα ναυτιλίης,
ἔμπης οὔτ' Ἀρκτοῦρος ἀπώλεσεν, οὔτε καταιγὶς
ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας·

LXIII. 3. *ἰχθύσι ληϊστῆρα.* P. Plan. unde Br. *ἰχθυσιληΐστῆρα* fecit; ipse cum Schneidero *ἰχθυοληϊστῆρα* dederam, secundum compositionem *ἰχθυοθηρευτής* ap. Maneth. IV. 243. Pal. VII. 702. *ἰχθυοθηρητῆρα Μενέστρατον.* Brunckianam tamen lectionem similibus nonnullis compositis, in quibus dativi vis aut nulla aut obscura est, comparatis tuetur Lobeck. ad Phryn. p. 687. quem no abstinere debet. – v. 4. *νέφος γεράνων.* Supra Cap. IV. ep. 38. *ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος.*

62. In naufragum, patris cadavere, forte ipsi obviam facto, ex instante mortis periculo servatum. – v. 2. *φύσεως νῆα, ὄχημα, τὸ τοῦ πατρὸς σῶμα.* – v. 4. *μουνερέτης.* Pal. VII. 637. *Πύῤῥος ὁ μουνερέτης ὀλίγῃ νηΐ.* – *ὀφειλόμενος.* quoniam patris est liberos juvare. – v. 5. *ἔσπειρεν.* vitam mihi tribuit.

63. De piscatore in summa senectute leni morte exstincto. – v. 2. *αἰθυίης.* de nauta Callimach. Pal. VII. 277. *αἰθυίῃ δ' ἶσα θαλασσοπορεῖ.* Ap. Aratum Phaen. 296. nautae *ἴκελοι κολυμβίσιν αἰθυίῃσιν.* Similiter Medea apud Apollon. Rhod. IV. 362. *τηλόθι δ' οἴη Λυγρῇσιν κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι.* – v. 3. *χηραμοδύτην.* piscium latebras perscrutantem. – v. 4. *πολυσκάλμου ναυτιλίης.* navigii parvi, nec multis remis instructi. Sic Pal. VII. 287. *τὸν οὐκ ἐπὶ φορτίδι νηΐ Ἔμπορον, ἀλλ' ὀλίγης ναυτίλον εἰρεσίης.* ubi *εἰρεσίη* positum pro nave, ut h. l. *ναυτιλίη.* – v. 5. *Ἀρκτοῦρος.* hoc astrum in scenam inductum a Plauto Rud. Prolog. 69. increpui hibernum, et fluctus movi maritimos: Nam Arcturus si-

ἀλλ' ἔθαν' ἐν καλύβῃ σχοινίτιδι, λύχνος ὁποῖα,
τῷ μακρῷ σβεσθεὶς ἐν χρόνῳ αὐτόματος.
σῆμα δὲ τοῦτ' οὐ παῖδες ἐφήρμοσαν, οὐδ' ὁμόλεκτρος,
ἀλλὰ συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος.

64. ΤΥΛΛΙΟΥ ΛΑΥΡΕΑ.

Γρυνέα τὸν πρέσβυν, τὸν ἁλιτρύτου ἀπὸ κύμβης
ζῶντα, τὸν ἀγκίστροις καὶ μογέοντα λίνοις,
ἐκ δεινοῦ τρηχεῖα Νότου κατέδυσε θάλασσα,
ἔβρασε δ' εἰς κροκάλην πρώϊον ἠϊόνα,
χεῖρας ἀποβρωθέντα. τίς οὐ νόον ἰχθύσιν εἴποι
ἔμμεναι, οἳ μούνας, αἷς ὀλέκοντο, φάγον;

65. ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Ἰκαρίην πλώων [ἔτι παῖς] ἅλα, νηὸς ὀλισθὼν
Δᾶμις ὁ Νικαρέτου κάππεσεν εἰς πέλαγος.

doctissimum virum nunc lubens sequor. – v. 9. τῷδ' οὐ. Plan. Br. τούτου. Pal. unde τοῦτ' οὐ feci.

LXV. 1. verba ἔτι παῖς ad versum implendum inserui, qui in Pal. est mutilus. Planud. Ἰκαρίην τὸ πάρος πλ. ex conjectura procul dubio. Puerum fuisse Damidem ultimum distichon docere videtur.

gnum sum omnium acerrimum: Vehemens sum exoriens; cum occido, vehementior. Cf. Plin. XVIII. 31, 74. – ἤλασε. Supra cap. IV. 32. Erinnam ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα Μοῖρα.

64. In piscatorem, qui tempestatis vi fluctibus mersus in littore inventus est manibus abrosis. – v. 1. ἁλιτρύτου κύμβης. cymbae fluctibus multum jactatae et attritae. De piscatore ipso Theocrit. Eid. I. 45. τυτθὸν ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος. – v. 4. κροκάλην ἠϊόνα. utrumque vocabulum de littore usurpatur, hoc tamen discrimine, ut κροκάλη lapillos et silices, quibus littus constratum est, ἠϊών marginem terrae in universum significet. Fit autem interdum, ut synonyma sic, aut pars toti per appositionem adjungatur, pro κροκάλην ἠϊόνος, ut in Append. Ep. 812. Τυρσηνῆς ἠϊόνος κροκάλη – quod hoc quoque loco bene haberet, nec aliter scribendum olim existimabam. Sed mutatione fortasse non magis opus fuerit, quam in Sophocl. Aj. 308. κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί. ubi etiam χερός dici poterat. Vide Lobeckium p. 267. – v. 5. τίς εἴποι. de optativo in interrogationibus modo cum particula ἄν, modo sine ea posito, idque subtili discrimine, dixit Reisig. de vi et usu particulae ἄν p. 133. s. Rost. Gr. gr. §. 120. p. 457.

65. In puerum, in mari Ica-

πολλὰ πατὴρ δ' ἠρᾶτο πρὸς ἀθανάτους, καὶ ἐς ὕδωρ
φθέγγεθ', ὑπὲρ τέκνου κύματα λισσόμενος.
ὤλετο δ' οἰκτίστως βρυχθεὶς ἁλί· κεῖνο δὲ πατρὸς
ἔκλυεν ἀράων οὐδὲ πάλαι πέλαγος.

66. ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Τὸ σκάφος οὐ βυθὸς εἷλε· πόθεν βυθός; οὐ γὰρ ἔπλωσεν
οὐδὲ Νότος· πρὸ Νότου δ' ὤλετο καὶ πελάγευς.
ἤδη γάρ μιν ἅπασαν ἐπὶ ζυγὰ γομφωθεῖσαν
ἤλειφον πεύκης τῇ λιπαρῇ νοτίδι·
πίσσα δ' ὑπερβρασθεῖσα πυρὸς φλογὶ τὴν ἁλὶ πιστὴν
τευχομένην γαίῃ δεῖξεν ἀπιστοτέρην.

67. ΛΕΩΝΙΔΑ ΤΑΡ.

Τὴν μικρήν με λέγουσι, καὶ οὐκ ἴσα ποντοπορεύσαις
νηυσὶ διϊθύνειν ἄτρομον εὐπλοΐην·
οὐκ ἀπόφημι δ' ἐγώ· βραχὺ μὲν σκάφος· ἀλλὰ θαλάσσῃ
πᾶν ἴσον· οὐ μέτρων ἡ κρίσις, ἀλλὰ τύχης.

rio nave excussum. - v. 3. ἐς ὕδωρ φθέγγετο. Propert. I. 15, 12. injusto multa locuta sale. - v. 5. βρυχθείς. devoratus, absorptus. Devorandi significatione καταβρύχειν est in Pal. VI. 263. - v. 6. οὐδὲ πάλαι. olim, quum Daedalus pro Icaro puero precaretur.

66. De nave, quae nondum fluctibus imbuta, quum in littore pice inungeretur, flammis consumta est. - v. 1. πόθεν, nihil minus; quomodo hoc potuisset fieri? - v. 5. τὴν ἁλὶ πιστήν. navis constructa cum spe fore, ut mari commissa fidem vectoribus servet, eosque tutos ad locum destinatum perducat. At casus ille, quo navis haec recens aedificata absumta est, eam vel in terra, ubi multo minus quam in mari est periculi, fidem servare non posse docuit. Sic hunc locum accepit etiam Stephanus in Notis ad Epigr. selecta p. 302. Eadem est antithesis ap. Aristid. Or. de Rhodo terrae motu eversa T. I. p. 545. οἱ ἀπὸ θαλάττης ἀναβεβηκότες τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἀπιστοτέραν τῆς θαλάττης εὗρον.

67. Navis exigua se fortunae sit et deorum favori magis quam modo et mensurae confidere. - v. 1. οὐκ ἴσα. οὐ τῷ αὐτῷ θράσει εἰς εὔπλοιαν τὸν δρόμον ἰθύνειν. διϊθύνειν εὔπλοίην dictum, ut Pal. VII. 164. καὶ σάν, ὁδῖτα, Οὔριον ἰθύνοι πάντα Τύχη βίοτον. - v. 3. θαλάσσῃ πᾶν ἴσον. sensum horum verborum proxima hunc esse docent: ad mare ejusque casus nihil interest, parva sit navis an magna; non enim

Ἔστω πηδαλίοις ἑτέρῃ πλέον· ἄλλο γὰρ ἄλλῃ
θάρσος· ἐγὼ δ' εἴην δαίμοσι σωζομένη.

68. ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΥ.

Ἀβάλε χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου
δειλαίην, νεκύων φόρτον ἀμειψαμένην.
αἰδέομαι σωθεῖσα. τί μοι πλέον ὅρμον ἱκέσθαι,
δευομένῃ φωτῶν πείσματα λυσομένων;
Κωκυτοῦ με λέγοιτε βαρὺ σκάφος· ὤλεσα φῶτας,
ὤλεσα· ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος.

LXVIII. 4. *λυσομένων.* Codd. *δησομένων* corrigit Stephanus cum Ascensiana, idque Grotius amplexus vertit: quum desint religent qui mea vincla viri.

a mensura ejus, sed a fortuna pendet, utrum servetur nec ne. De navigantibus Dio Chrysost. Or. LXIV. p. 593. *οὐδὲ γὰρ πίττῃ τὴν ψυχήν, οὔτε σχοινίοις ἐπιτρέπουσιν, οὔτε τριδάκτυλον αὐτοὺς σώζει ξύλον πεύκινον* (vid. Arat. v. 299.), *ἀλλ' ἐπέτρεψαν βεβαίῳ καὶ μεγάλῳ πράγματι, τῇ Τύχῃ.* – v. 5. *ἔστω πλέον.* praestet et superior fuerit. – *πηδαλίοις.* majores naves pluribus interdum clavis instructae erant. Suidas in *Πλοῖα· τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας ἑκατέρωθεν πηδαλίοις ἤσκηντο.* Vid. Scheffer. de militia nav. II. c. 5.

68. Navis, quae salva in portum pervenerat, sed vectoribus ad unum omnibus nescio qua fortuna exstinctis, optat, ut fluctibus prius submersa fuerit, quam talem casum viderit. – v. 1. *ἀβάλε.* vid. supra ad ep. 38, 1. – v. 2. *φόρτον ἀμειψαμένην.* observanda breviloquentia in verbis mutandi et permutandi non infrequens. Pal. VII. 628. *οὐ νέμεσις – ταύτην κλῆσιν ἀμειψαμέναις.* quod hanc appellationem cum priore permutastis. Aeschyl. Prom. 309. *γίγνωσκε σαυτὸν καὶ μεθάρμοσαι νέους τρόπους.* novos sume mores, prioribus abjectis. Vid. Not. cr. in Pal. p. 256. – v. 4. *λυσομένων.* Vid. var. lect. – v. 5. *Κωκυτοῦ σκάφος.* mortuos ut Charontis cymba vehens, quae est Lethaea ratis ap. Tibull. III. 3, 10. et *Ληθαίη ἄκατος* supra cap. III. ep. 17. – v. 6. *ναυηγοὶ δ' εἰσὶν ἔσω λιμένος.* argutum hoc de vectoribus in mari defunctis, sed in portum delatis. Simili acumine *ναυηγεῖν* usurpatur de iis, qui quacunque de caussa pessumdantur, et *ναυηγὸν ἐν γῇ εἶναι*, ut patrimonio naufragus ap. Ciceron. Or. pro Syll. c. 14. Vid. supra Cap. V. ep. 105. Plura congessi in Anim. in Anth. T. II. p. 137. Omne epigrammatis acumen corrumpunt, qui nautas illos revera in portu naufragium fecisse, aut se nescio quare in mare dejecisse existimant.

69. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Ἀντιγόνην ἔστεργε Φιλόστρατος· ἦν δὲ παλαισταῖς
ὁ τλήμων Ἴρου πέντε πενιχρότερος.
εὗρε δ' ὑπὸ κρυμοῦ γλυκὺ φάρμακον· ἀντία γὰρ σχὼν
γούνατ' ἐκοιμήθη, ξεῖνε, μετ' Ἀντιγόνης.

70. ΠΑΛΛΑΔΑ.

Μῆνιν ἄειδε μαθὼν, καὶ μῆνιν ἄειδε διδάξας,
οὐλομένην γαμετὴν ἠγαγόμην ὁ τάλας·
πᾶν δ' ἦμαρ μάχεται, καὶ παννυχίη πολεμίζει,
ὡς παρὰ τῆς μητρὸς προῖκα λαβοῦσα μάχην.
ἢν δὲ θέλω σιγᾶν καὶ μαρναμένῃ ὑποείκειν,
ὅττι περ οὐ μάχομαι, τοῦδ' ἕνεκεν μάχεται.

71. ΛΟΥΚΙΛΛΙΟΥ.

Ἀγρὸν Μηνοφάνης ὠνήσατο, καὶ διὰ λιμὸν
ἐκ δρυὸς ἀλλοτρίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

